

à n. 8. Azor. d. cap. 26. q. 3. referentes verba Concil. supra citata, quæ absolute præcipiunt Episcopis, ne permittant extra Ecclesiam, & Oratoria ad divinum tantum cultum dedicata, & ab eisdem deputata Ordinariis, & visitanda, hoc sanctum Sacrificium fieri, & ita sæpius responderunt Illustrissimi Cardinales super eo decreto. Et novissime emanasse decretum *Congreg. Concilij Tridentini*, quo declaratur de oraculo Sanctissimi spectare solum ad Summum Pontificem, & non ad Episcopos concedere licentiam celebrandi in privatis Oratoriis, refert Aloys. Ricc. in *praxi fori Eccles. decis. 538. num. ult. in 1. edit. & resol. 469. in fine, in 2. edit.* & ita nec justa de causa posse Episcopum dare facultatem celebrandi in Capella domus privata, & sub diu, etiam adhibito utroque Altari, firmo scilicet, & portatili, tenent Azor. *dict. cap. 26. q. 3.* Reginald. d. lib. 29. n. 176. Coninch *dict. quest. 8. n. 229.* Miranda in *man. Pralat. tom. 1. q. 40. art. 9. conclus. 3. in fine.*

8 Sed per decretum Concilij Tridentini dicto loco prædictæ potestati concedendi has licentias Episcopis jure communi competenti derogatum non esse, tuentur Henriquez d. cap. 27. §. 1. *Sa verb. Missa, n. 20. in fine,* Beia d. casu 33. *vers. tertio dico,* Navar. *conf. 5. num. 2. sub tit. de privileg. in novis,* post multos Cened. d. *quest. 44. à n. 4.* cum quibus consentire videtur Suarez d. *sect. 3. vers. addit verò,* quem sequitur Fr. Emman. d. *q. 4. art. 6.* & non dissentit Aloys. Ricc. *resol. 160. n. 2.* Ragul. *de Missa in Ecclesia, quæsto 57.* Joan. Valer. *de different. inter utrumque forum, verb. Missa, different. 2. vers. uno tamen in casu,* Bonac. *de Sacram. disp. 4. q. ult. punct. 9. n. 10.* Pialec. in *praxi Episcop. p. 1. cap. 5. n. 8. pag. 77. & part. 2. cap. 3. num. 21. in fine,* ubi refert magna circumspetione uti debere Episcopum in ipsis concedendis licentiis, & non nisi ex causa gravis necessitatis concedere, utpote grassante peste, prout resolvit Zerola in *praxi Episcop. p. 1. verb. Missa, pag. 226.* & faciunt quæ Fr. Emman. *quest. regul. tom. 3. quest. 32. art. 12. in fine.* Ordinarij enim arbitrio permisit Papa personarum, & infirmitatis qualitate pensata, & pro infirmorum commoditate, ut in privato Oratorio, vel Altari ad cultum divinum deputato facultatem celebrandi concedere possit, ut refert decisum Armend. in *addition. ad recopil. leg. Navarra, lib. 1. tit. 18. l. 7. de Episcopis, num. 72.* præcipue autem in hujusmodi concessionibus apponi debet, ut Oratorium decenter structum, & ornatum, & ab omnibus actibus domesticis liberum existat; tum ut concessio intelligatur sine Parochialis alterius præjudicio, excipiens dies natalis Domini nostri, Resurrectionis, Pentecostes, quibus ibidem celebrari non liceat, sed Parochialis frequentetur; quodque alij, præterquam servitio personæ, cujus intuitu Oratorium conceditur, necessarij, ibidem audientes Missam, ab obligatione audiendi eam in Ecclesia per hoc non liberentur, quæ ex stylo Rom. Curia in facultatibus construendi Oratoria hujusmodi apponi consueverunt.

9 Moventur præcitati Doctores, quia Concilium loquitur de communi modo celebrandi, non verò abstulit Episcopis potestatem rationabiliter dispensandi, stante justa causa, maxime cum moraliter fuerint necessariæ, & quia Concilium intendit solum tollere abusus in celebratione Missarum, non autem casus licitos: ex quibus distinctione possunt conciliari hæ contrariæ opiniones, ut scilicet posterior, quæ hanc potestatem facit Ordinariis, procedat stante necessitate, vel justa causa; prior verò, quæ eandem negat, habeat locum illa deficiente, ut me citato in *hoc loco,* conciliat Alzed. d. *part. 1. cap. 13. num. 9. vers. sed.*

10 Negari enim nequit, etiam hodie, posse Episcopum in suo Episcopatu concedere talem usum ex aliqua

justa causa, ex text. in *cap. concedimus, de consec. dist. 1.* ut advertunt Navar. d. *conf. 5. num. 2. de privileg. Lotter. d. lib. 1. q. 30. num. 15. in fine.* Et quod magis est, etiam sine Episcopi licentia, propter necessitatem aliquam celebrari poterit super Altari portatili, ex Navar. d. *cap. 25. num. 82.* ubi ait hoc esse notandum pro terris, in quibus frequentissime supplicationes fiunt ad aliqua parva eremitoria, præ quorum foribus solet dici Missa, ut ab omnibus audiatur, seu pro primis Missis Sacerdotum, ad quas maxima multitudo solet convenire, quam possit capere Ecclesia: sequuntur Guttier. *canon. lib. 1. cap. 30. n. 25.* Lotter. d. *quest. 30. num. 15.* Et quod magis est, posse Vicarium generalem liberè dictam facultatem concedere ex causa gravi, & necessaria, resolvunt Navar. *dict. cap. 25. num. 82.* Jacob. de Grassis in *aureis decis. lib. 2. cap. 41. num. 7.* quos, & alios refert Marc. Antonin. *var. resol. lib. 12. casu 5.*

ALLEGATIO XXIV.

Episcopus an debeat quotidie celebrare Missam, vel eam audire, & de obligatione Sacerdotum in Missis pro aliis celebrandis?

SUMMARIUM.

- 1 Episcopus singulis diebus de congruentia, & bene esse, dicere, vel audire Missam debet. Sacerdos est Minister sacrificij Missæ, ibid.
- 2 Eleemosyna, seu stipendium potest accipi pro celebratione Missæ, pactoque exigi, sine labe simonia.
- 3 Pitantia taxatio pro sacrificio Missæ est justa, qua in qualibet regione communi consuetudine recepta, & approbata est.
- 4 Sacerdotem recipientem à pluribus plura stipendia pro Missæ celebratione, posse unica Missa omnibus satisfacere, tenent aliqui citati.
- 5 Contrarium verius, etiamsi accedat Superioris consensus, secus si peculiare interveniat Summi Pontificis privilegium,
- 6 Sacerdos unica Missa satisfaciens multis, à quibus diversa accepit stipendia, tenetur ad restitutionem.
- 7 Missa pro multis dicta, non tantumdem singulis prodest, ac si pro uno solo diceretur.
- 8 Episcopus potest legem condere, ut certum stipendium pro Missæ sacrificio exigatur, ita ut laici non dent minus, nec Sacerdotes magis exigant.
- 9 Episcopus non potest statuere, ut Sacerdotes non accipiant minorem pitantiam.
- 10 Sacerdotes exigentes importunè ab invitis eleemosynam supra taxam ab Episcopo præscriptam, peccant mortaliter.
- 11 Sacerdos accipiens certam quantitatem pecunie pro dicendis Missis, an possit eas facere celebrari per alios minori pitantia, retentà sibi parte eleemosynarum, inscio dante, & inscius Sacerdotibus celebrantibus.
- 12 Missas an liceat celebrare anticipatè, refertur ad hoc Bulla Clementis VIII.
- 13 Consuetudo celebrandi anticipatè non est approbanda, nec toleranda.
- 14 Sacerdos, qui ex obligatione alicujus Capellæ, vel imposterum pro certa intentione tenetur Missas celebrare, potest eas anticipatè dicere.
- 15 Missa sine peccato dici potest, non recitatis Mantuinis.

- 16 Parochus obligatur populum monere, ut Missas frequentet, non tamen cogere potest, ut audiat in Parochia.
- 17 Verbum moneo, inducit consilium, & non preceptum.
- 18 Missa audienda preceptum adimpletur quocumque in loco illa audiatur.
- 19 Missam audire nolens in propria Parochia ex contemptu, aut quando Parochus declarat ea, qua Parochiani scire tenentur, peccat mortaliter.
- 20 Constitutio Leonis X. qua declaratur satisfieri huic precepto, si audiatur Missa in Ecclesiis Regularium, refertur.
- 21 Episcopus potest cogere Regulares, ut in offertorio Missarum conventualium declarent fidelibus, qua festivitates, & jejunia in illa hebdomada occurrant.
- 22 Sacerdotes curam animarum habentes tenentur per se, vel per alios celebrare singulis saltem diebus, quibus opus est, ut satisfaciant muneri suo.
- 23 Parochi non obligantur ad applicationem sacrificij pro populo singulis praedictis diebus, nisi juxta viri prudentis arbitrium.
- 24 Parochi ab Ecclesiis arcere debent Musicas eas, ubi sive Organo, sive cantu lascivum aliquid miscetur.
- 25 Repraesentationes in Ecclesiis fieri prohibentur.
- 26 Saltationes in Ecclesia permitti non debent.
- 27 Convivia in Ecclesia cum irreverentia loci sacri celebrare, peccatum est mortale.
- 28 Capellanus tenetur sub mortali, nisi justa excuset causa, Missas celebrare juxta institutionem Capellaniae, & intentionem fundatoris.
- 29 Episcopus non potest compellere obrinentem Capellaniam, ut ipsemet celebret, licet in ejus fundatione disponatur, quod Capellani celebrent.
- 30 Verba erectionis quando expressè significarent intentionem esse, ut per ipsum Capellanum Missarum celebratio fieret, tunc per substitutum satisfieri non poterit.
- 31 Capellanus, qui tenetur quotidie celebrare, quando possit per substitutum satisfacere?
- 32 Capellanus, qui ex permissione, vel fundatione tenetur celebrare certas, & peculiare Missas, malè agit si alias celebret.
- 33 Capellanus, qui ex titulo, vel conventionione tenetur in aliqua Ecclesia, vel altari celebrare, non potest absque peccato mortali alibi celebrare.
- 34 Causa legitima non celebrandi in Altari designato referuntur.
- 35 Capellanus etiam de consensu heredum celebrans alibi, quam in Altari designato, malè agit.
- 36 Celebrans absque justa causa alibi quam in loco designato, peccat mortaliter, non tamen tenetur ad aliquam restitutionem.
- 37 Capellania Sacerdotalis judicanda est, si illius verba essent, ut in ea praesentaretur, aut nominaretur Presbyter, sive Sacerdos.
- 38 Statutum habens quod provisorius de Capellania sit Sacerdos, vel Capellanus, oportet ut sit actu Sacerdos.
- 39 Idem si dixerit, quod sit Capellanus, vel Sacerdos.
- 40 Verba si respiciant actum praesentationis, veluti praesentetur Presbyter, tunc praesentandus debet esse actu Sacerdos; secus verò si Presbyterum significantia prosecutionem praesentationis respiciunt.
- 41 Contrarium tenent aliqui resolventes, quod si jubetur praesentari in patronatu, vel Capella Presbyter Capellanus, sufficiet si praesentetur non Sacerdos.

- 42 Sed prima sententia verior, contrariisque respondetur fundamentis.
- 43 Capellania fundata, quod Capellanus celebret, seu debeat celebrare tot Missas, an debeat esse actu Sacerdos.
- 44 Capellania non requirit residentiam personalem, cui est annexum onus celebrandi certas Missas singulis hebdomadibus.
- 45 Episcopus de consensu patroni an possit pro una vice Capellaniam requirentem actu Presbyteratum non Presbytero conferre, & n. 46.
- 47 Capellania an, & quando sit incompatibilis cum beneficio?
- 48 Doctores de sacrificio Missae agentes referuntur.



DOMINICIS, & festivis diebus solemnibus debere Episcopos celebrare, & tam frequenter, quod suo muneri satisfaciant, data opportunitate, resolvunt Marc. Anton. Genuens. in manuali Prelat. cap. 12. Aloyf. Ricc. in praxi aurea, resol. 203. num. 6. ubi etiam observat illos non teneri quotidie audire Sacrum, prout ante censuerat Navar. in man. c. 22. n. 2. & de horis Canon. c. 9. n. 9. Non obstat cap. ult. de privil. lib. 6. ubi dicitur quod Episcopus singulis diebus dicat, vel audiat Missam. Alzed. de praecell. Episcop. dignit. p. 1. cap. 13. n. 1. quia intelligitur de congruentia, & de contilio, & bene esse, ut respondent Aloyf. Ricc. citato loco, & novissimè Conlusitanus noster Stephan. Fagundez in quinque Ecclesiae praecpta, praec. 1. lib. 2. cap. 2. n. 11. ubi citat Navar. in man. cap. 21. n. 2. prope finem. Sylvest. verb. Missa 2. q. 1. vers. dicitur tertio. Rosell. eodem verbo, §. 23. Azor. instit. moral. part. 1. lib. 7. c. 4. q. 3. cum autem deceat Episcopos quotidie rem d'vinam audire, possunt cum iter faciunt celebrare, vel ab alio Sacerdote celebrari facere notabiliter ante lucem, vel post meridiem, spatio videlicet unius horae; est enim hoc unum ex privilegiis Episcopo Jure concessis. Ita gloss. in d. cap. ult. Sylvest. de verb. Missa 1. q. 6. Palud. in 4. distinct. 13. q. 2. concl. 2. art. 2. Henric. in sum. lib. 9. de Missa, cap. 14. §. 5. lit. O, Azor. instit. moral. p. 1. lib. 10. cap. 25. vers. si queras. Navar. in man. cap. 25. n. 85. ubi asserit nulla ratione firma id probari posse; quia tamen addit usu jam receptam esse hanc opinionem, videtur posse defendi ob Episcopi praerogativas, quas refert gloss. in d. cap. ult. quod etiam concedi Cardinalibus, quamvis iter non faciant, asserunt Sor. in 4. dist. 13. q. 2. art. 2. Palud. & Henric. citatis locis. Illud advertere oportet, quod in Altari, in quo Episcopus sacrificat, non potest ea die sacrificare alius Sacerdos, nisi de licentia Episcopi, cap. fin. de consecr. dist. 2. Henriquez d. lib. 9. cap. 28. §. Fagundez dict. praec. 1. lib. 3. cap. 22. n. 5. ubi intelligit de Missa solemnibus, & Pontificali, Azor. instit. moral. punct. 1. lib. 10. cap. 27. q. 10. Bonac. de Sacram. disp. 4. q. ult. punct. 6. n. 15. Basil. de Leon. var. disp. cap. 2. in princ. Ugolin. de offic. p. 1. cap. 2. §. 2. n. 4. Alzed. d. p. 1. c. 13. n. 24. ubi hoc intelligit quando Episcopus in Pontificalibus celebravit solemniter.

Sacerdos est minister consecrationis, quam constat unam esse ex praecipuis partibus Sacrificij, c. 1. §. una, versic. & hoc, de Summa Trinitate, Concil. Trident. sess. 13. c. 1. & canon. 1. S. Thom. 2. p. q. 83. art. 1. Chamer. de Sacram. tract. 4. de Euchar. cap. 9. de Ministro, dub. 1. disp. 2. Barthol. ab Angelo in examine Confess. dialog. 5. de Missa, & de ministro sacrificij ipsius Missae, §. 125. Henric. d. lib. 9. cap. 18. §. 2. in princ. Azor. instit. mor. p. 1. lib. 10. c. 25. in princ. Fagundez in quinque Ecclesiae praecpta, praec. 3. lib. 3. cap. 1.

Pro celebratione Missarum potest Sacerdos elemosynam, seu stipendium in sui sustentationem accipere, mercedemque ex pacto absque simoniae labe exigere.

exigere, ut per Mich. Timoth. *de sacrificio Missæ*, tract. 3. quæst. 48. Jacob. de Graffis *in aureis decis.* p. 1. lib. 2. cap. 96. n. 32. Gutierrez *canon. lib. 1. c. 29. à n. 3*. Ugolin. *de simonia, tab. 1. cap. 9.* Henriquez *d. lib. 9. cap. 21. § 4. & cap. 22. § 1.* Morla *in emporio Juris Civilis, part. 1. tit. 1. q. 13. in princip.* Petr. de Ledesm. *in sum. part. 1. de Sacram. ubi de Euchar. cap. 18. vers. quarta conclusio*, Suar. *tom. 1. de Relig. lib. 4. cap. 14. & p. 3. q. 83. art. 6. disp. 86. sect. 1. vers. circa alium modum*, & sect. 3. Valq. *tom. 3. disp. 234.* Barthol. ab Angelo *d. dialogo 5. §. 528.* Cened. *ad Decret. collect. 44. n. 3.* Fraxinel *de obligat. Sacerd. sect. 3. prenot. 1. n. 2. & 5.* Ægid. de Coninch. *de Sacram. tom. 1. q. 83. n. 193. cum seqq.* Azor. *instit. moral. part. 3. lib. 12. cap. 3. q. 4.* Less. *de Justit. lib. 2. cap. 35. dub. 8.* Homobon. *de Bonis de examine Ecclesiast. part. 1. tract. 4. cap. 13. n. 116.* novissimè Fagundez *in quinque Ecclesiæ præcepta, præc. 1. lib. 3. cap. 7. à num. 5.* Lezana *in sum. quæst. Regul. cap. 21. num. 4.*

3 Juita pitantiæ taxatio pro sacrificio Missæ illa dicitur, quæ in qualibet regione communi consuetudine recepta, & approbata est à viris prudentibus, & Deum timentibus, vel quæ taxata fuerit à Superiore habente potestatem. Ita Petr. de Ledesma *dict. cap. 18. concl. 7. & 8.* Aragon. *2. 2. q. 85. de sacrif. art. 3. vers. sed dubitabit aliquis*, Zerola *in praxi Episc. part. 1. verb. Missa, §. 3. conclus. 2. & 3.* Valquez *disp. 324. cap. 4.* Fr. Emman. *in sum. part. 1. cap. 251. conclus. 4.* Suarez *tom. 3. in 3. p. disp. 86. sect. 2. vers. sed circa, & vers. dico secundo*, Gutierrez *d. cap. 29. n. 3.* Nugn. *de Sacram. tom. 1. ad q. 83. art. 1. part. 3. tract. de sacrif. dub. 9. concl. 1.* Cened. *canon. quæst. lib. 1. q. 27. n. 4.* Fraxinel. *d. sect. 3. prenot. 5. §. 2.* Franc. Ludov. Miranda *in man. Pralat. tom. 2. q. 41. art. 23. conclus. 1.* Fagund. *d. cap. 7. num. 6.*

Non possunt tamen Episcopi per Constitutiones, aut statuta præcipere, ut ne plus donetur, quam pretium taxatum, nec minus accipiatur: ita Navar. *in man. cap. 23. n. 106.* Fr. Emman. *d. part. 1. cap. 231. n. 2.* Cened. *d. q. 27. n. 3.* post multos, quos refert, idem tenet Fagundez *d. cap. 7. num. 8.* ubi n. 9. hinc infert, injustum esse statutum, & scandalosum, ac simoniacum, si statueretur, quod nulli alij Sacerdotes Missas defunctorum celebrarent, aut officia mortuorum efficierent, nisi Sacerdotes talis Parochiæ, aut Cathedralis, & hi quod non celebrent, nec officia efficiant, nisi pro certo stipendio. Sic nullo modo potest Episcopus cogere hæredes defunctorum, ut ad exequias celebrandas convocent duntaxat Clericos Parochialis Ecclesiæ, exclusis aliis, donec impleatur numerus Clericorum Parochialis Ecclesiæ, ut optimè docent Sylvest. *in sum. verb. Immunitas 2. sub num. 7. & verb. Simonia, num. 11.* Marc. Anton. Genuens. *in praxi Archiepisc. Neapol. cap. 48. n. 5.* quos refert Fagund. *d. cap. 7. num. 9. in med.*

4 Sacerdotem pauperem accipientem à pluribus plura stipendia pro Missæ celebratione, posse unica Missa omnibus satisfacere, sentiunt aliqui, saltem si stipendia simul sumpta non excedant quantitatem necessariam ad strictam ipsius Sacerdotis sustentationem pro unico die, & remoto sæcularium scandalo ex Sacerdotum avaritia: ex eo, quia neminem defraudat, cum sacrificium Missæ sit valoris infiniti extensivè: tum quia videretur damnanda consuetudo Ecclesiæ, quæ plures convocat ad eandem Missam audiendam: tum denique, quia qui Altari servit, de Altari vivere debet, secundum Apostolum relatum *in cap. cum secundum, de præbend.* Quibus potissimum fundamentis hanc partem tuentur Sor. *de Justit. lib. 9. q. 3. art. 1. dub. 7. resp. 1. & 2.* Angel. *verb. Missa, n. 52.* post Sylvest. & alios Ludov. Beja *respons. casuum Conscientiæ p. 1. casu 22.* Cano *de locis Theolog. lib. 12. cap. 13.*

Fr. Emman. *in sum. tom. 1. cap. 252. num. 4. concl. 4. ad finem*, Joan. Dominic. Montagn. *cap. 26.* Nugn. *in 3. p. q. 89. art. 1. dub. 9. concl. 4. & 5.* Petr. Nav. *de restit. lib. 2. cap. 2. num. 433.*

Contrarium tamen verius & receptius puto: prima enim opinio non modicam animis hominum ingerit sordidæ cupiditatis, & avaritiæ suspicionem, scandalumque inter populares excitat, quia non statim promissis: tum quia pro eadem Missa plures recipiens eleemosynas, nescientibus offerentibus, facit contra ipsorum voluntatem, & his atque aliis rationibus contrariis benè respondentes, hanc sententiam melius defendunt Navar. *in man. cap. 25. num. 92. & conf. 8. de celebrat. Missar. in novis*, Emman. *Sà verb. Missa, n. 44.* D. Anton. *part. 1. tit. 10. cap. 2. n. 4.* Nald. *verb. Capellania, num. 11.* Tolet. *lib. 2. cap. 8. num. 3.* Henriq. *d. lib. 9. cap. 21. num. 4. & cap. 22. n. 5.* Graff. *in decis. aureis, part. 2. lib. 2. cap. 45.* Bellam. *in contro. Catholicis, tom. 2. lib. 2. de Missa, cap. 4. proposit. 4.* Chamerot. *de Sacram. tract. 4. de Euchar. tit. de Missæ sacrificio, dub. 11. pag. 276.* Suar. *tom. 3. disp. 86. sect. 2. & 3.* Vincent. Fagund. *in mixt. disp. de sacrif. Missæ, ad repet. text. in can. cum frangitur, de consecr. dist. 2. p. 4. dub. univ. ad 6. in fin.* Valq. *3. part. tom. 3. disp. 134. c. 4.* Homobon. *de Bonis de examine Ecclesiast. part. 1. tract. 4. cap. 13. q. 119.* Fagundez *in quinque Ecclesiæ præcepta, lib. 3. cap. 2. n. 7.* Mirand. *in man. Pralat. tom. 1. q. 41. art. 13. conclus. 5.* Diana *resol. moral. part. 1. tract. 14. resol. 8.* Lezana *in sum. quæst. Regul. cap. 21. num. 5.* Bartholom. ab Angelo *dialog. 5. §. 509. & §. 549.* Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 23. n. 234. & lib. 29. n. 157.* Paul. Fraxinel. *de obligationib. Sacerd. sect. 1. concl. 1. §. 1.* Coninch. *d. q. 83. num. 191.* Quod aded verum est, ut neque Sacerdos pauper, exclusa extrema necessitate, possit pro unica Missa tot stipendia accipere, quot sufficient ad sui sustentationem, Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 10. cap. 20. §. quoad primum*, Gutier. *canon. lib. 1. cap. 26. n. 10.* Stephan. Fagundez *d. p. 1. lib. 3. cap. 9. n. 7. & 8.* novissimè me citato *in hoc loco*, Torreblanca *in præct. juris spirit. lib. 2. cap. 9. num. 70.* Item procedit etiam si sciente, & concedente Superiore id faciat, cum non possit remittere obligationem Jure naturali, & divino debitam, ut per Navar. *d. consil. 8. & Fraxinel. d. sect. 4. conclus. 2. §. 2.* Secus tamen ex peculiari Summi Pontificis privilegio: tum quia sicut potest stipendia, quæ pro Missis dantur, generaliter taxare, & etiam augere, si expedire judicaverit, ita potest in illis dispensare, propter alicujus Ecclesiæ, vel Monasterij beneficium, quando juxta causa, vel necessitas interdicit: tum quia Papa in restitutione incertorum bonorum, in obligationibus ultimarum voluntatum, & in piis causis propter commune Ecclesiæ bonum dispensare potest, ut tenent Sylvest. *verb. Missa 1. num. 20.* Henriq. *d. cap. 22. n. 7.* Reginald. *lib. 23. num. 239.* Fraxinel. *de obligationib. Sacerd. sect. 7. §. 11. & 12.*

Hinc etiam aded verum est Sacerdotem accipientem à pluribus plura stipendia pro Missæ celebratione, non posse unica Missa omnibus satisfacere, ut si hoc faciat, teneatur ad restitutionem: ex violatione enim justitiæ cum damno alterius confurgit obligatio restituendi. Ita Petr. Navar. *de restit. lib. 1. cap. 2. num. 329. & 382.* Graffis *d. cap. 45. num. 17.* Fr. Emman. *p. 1. cap. 251. de Missa, conclus. 2. & 4.* Valq. *tom. 3. disp. 213. cap. 4.* Fraxinel. *dict. sect. 4. conclus. 5. §. 1.* & aliis locis supra citatis, qui Fraxinel. §. 4. cum Petr. Navar. quem citat, & sequitur, resolvit prædictum Sacerdotem, ut faciat restitutionem, teneri Missas prætermittas celebrare, vel curare ut per alios celebrentur, vel restituere eleemosynas acceptas; admonitis his, qui eas dedebunt, Missas non fuisse celebratas.

Novissimè Sacra Congreg. Cardinalium Concil. Trid. interpretum S. D. N. Urbani VIII. auctoritate sibi specialiter attributa hac in re ita decrevit. Deinceps ubi pro pluribus Missis etiam ejusdem qualitatis celebrandis plura stipendia quantumcunque incongrua, & exigua, sive ab una, sive à pluribus personis collata fuerint, aut conferantur in futurum Sacerdotibus, Ecclesiis, Capitulis, Collegiis, Hospitalibus, Societatibus, Monasteriis, Conventibus, Congregationibus, Domibus, ac locis piis quibuscunque, tam Sacularibus, quam Regularibus, Sacra Congreg. sub obtestatione divini Iudicii mandat ac precipit, ut absolutè tot Missæ celebrentur, quot ad rationem attributa elemosyna præscripta fuerint, ita ut alioquin iis, ad quos pertinet, sua obligationi non satisfaciant, quinimò graviter peccent, & ad restitutionem teneantur. Id verò ut deinceps observetur exactius, Sacra Congregat. eadè auctoritate revocat privilegia, & indulta omnia quibusvis personis, Ecclesiis, ac locis piis, tam Sacularibus, quam Regularibus cujuscunque Ordinis, Congregationis, & Instituti quancunque ob causam concessa, quibus indulgetur ut certarum Missarum, vel Anniversariorum celebratione, aut aliquibus collectis, seu orationibus plurium Missarum oneribus in futurum suscipiendis satisfiat. Quæ reperiuntur in decretis de celebratione Missarum, apud Typographiam R. Cameræ Apostol. impressis de anno 1625.

Postea eadem Sacra Congreg. super prædictis decretis de celebratione Missarum, S. D. N. Urbano VII. approbante, declaravit permittendum non esse, ut Ecclesia, ac loca pia, seu illorum administratores ex elemosynis Missarum celebrandarum ullam, utcumque minimam portionem retineant ratione reddituum, quos in usum earundem expensarum irrogare licitè possint, & tunc quam portionem retinebunt, nullatenus debere excedere valorem expensarum, quæ pro ipsomet tantum Missæ Sacrificio necessariò sunt subeunda; & nihilominus eo etiam casu curandum esse, ut ex pecuniis, quæ supersunt, expensis ut supra deductis, absolutè tot Missæ celebrentur, quot præscripta fuerint ab offerentibus elemosynas.

Deinde declaravit satis esse, ut Rector beneficii, qui potest Missam per alium celebrare, tribuat Sacerdoti celebranti elemosynam congruam secundum morem civitatis, vel provincie, nisi ex fundatione ipsius beneficii aliud cautum fuerit.

Uterius censuit Sacerdotes, quibus aliquando offertur elemosyna major solito pro celebratione Missæ, debere absolutè integram elemosynam tribuere Sacerdoti celebranti, & nullam illius partem sibi retinere posse. Declarans pariter quando tribuens elemosynam numerum Missarum celebrandarum non præscripserit, tunc tot Missas celebrari debere, quot præscripserit Ordinarius secundum morem suæ civitatis, vel provincie, ac etiam cum Ordinarius præscripserit elemosynam congruam juxta qualitatem loci, personarum, ac temporum, Sacerdotes accipientes stipendium minus congruo teneri Missas illis ab offerente præscriptas celebrare. Quas quidem declarationes originales præmanibus habui, & impressas vidi in Typographia Cameræ Apostol. de anno 1626. Quoad rectorem beneficii certum est satis esse ut ille, qui potest Missam per alium celebrare, tribuat Sacerdoti celebranti elemosynam congruam secundum morem civitatis, non ad rationem reddituum beneficii: ita post Fagundez, Barthol. à S. Fausto, & Dianam, resolvit Alphons. de Leone de officio Capellani, quæst. 5. sect. 29. n. 302. ubi num. seqq. id ampliatur etiam ad Capellanos Capellanæ non collativæ.

Quamvis Missæ valor extensivè, seu indeterminatè, vel ut aiunt, syncategorematicè acceptus, infinitus sit, hoc est, non tantum prodest, quin magis possit prodesse, sive non tantum fructum exhibet, quin

Barbos. de Episcop. Pars II.

possit majorem, ita ut non pro tot, quin etiam pro pluribus, & in majori gradu applicari, & prodesse possit; tamen dum Sacerdos, ut causa proxima specialiter unam Missam offert pro seipso, aut pro alio respondentem oblationi Sacerdotis, etiam nihil offerente, habet non solum effectum finitum, sed virtutem, efficaciamque, & valorem simpliciter finitum, qui effectus in plures divisus, minus utilis est singulis; & ita qui Missam pro multis offert, non tantum singulis prodest, ac si pro uno solo diceretur. De quo vide Navar. in man. c. 15. num. 92. & n. 111. vers. 35. & consil. 8. num. 2. & cons. 9. num. 2. de celebrat. Missarum, in novis. Petr. Navar. lib. 2. de restit. cap. 2. à num. 262. Marc. Anton. Cuch. lib. 5. instr. majorum, tit. 6. num. 77. Ioan. Medin. in Cod. de oratione, cap. de valore Orationis pro multis fusæ, Spin. in speculo testamentor. gloss. 13. princ. à num. 55. Ludov. Lopez part. 2. cap. 78. de Eucharist. vers. nam, Hieronym. Llamas in 3. part. methodi, c. 13. §. 17. Dimas in tract. de Purgat. c. 37. per totum, Fr. Emman. dict. c. 252. num. 2. Graff. dict. lib. 2. c. 45. à num. 16. Humad. l. 42. gloss. 2. num. 3. tit. 4. p. 1. Nugn. in 3. p. D. Thoma, quæst. 83. art. 1. dub. 8. §. in 3. p. concl. 3. Dominic. Montagn. in tract. de Missa, c. 30. Henriq. d. lib. 9. c. 19. §. 5. Suarez tom. 3. q. 79. sect. 12. & tom. 4. disp. 48. sect. 6. Greg. Valent. tom. 4. disp. 6. q. 11. punct. 1. §. 25. Fraxinel sect. 3. prænot. 4. §. 7. Azor. instr. moral. p. 1. lib. 10. c. 21. q. 1. Chamerot. dict. tit. de Missæ sacrificio, dub. 10. pag. 272. cum seqq. Valq. 3. p. tom. 3. disp. 230. c. 3. Zerola in praxi Episcop. dict. verb. Missa, §. 4. Petr. de Ledesma in sum. p. 1. de Eucharist. c. 17. concl. 23. Galet. in margarita casuum conscientie, verb. Missa, pag. 142. col. 2. Pefant. 3. p. quæst. 83. art. 6. disp. 4. Coninch. dict. quæst. 83. num. 186. in fine, Fr. Ludov. Miranda in man. Pral. tom. 1. quæst. 41. art. 19. & 20. latè Fagundez in quinque Ecclesia præcept. p. 1. lib. 3. c. 8. n. 17. cum seqq. Gavant. in comment. ad rub. Missalis, p. 2. lib. 8. n. 3. vers. hoc loco, novissimè Alphons. de Leone de officio Capellani. q. 7. sect. 5. n. 26 cum seqq.

Ad evitanda scandala, quæ facillè possent suboriri: & in exigendis pro Missæ Sacrificio stipendiis, potest Episcopus legem condere, qua certum stipendium arbitretur: ita ut laici non dent minus, nec Sacerdotes magis exigant: ita Corduba lib. 1. q. 4. dub. 4. Suarez disp. 86. sect. 2. concl. 1. Reginald. lib. 23. n. 241. Miranda d. q. 41. art. 23. quam contrarium teneant Navar. Sot. atque alii.

Non potest tamen Episcopus statuere, ut Sacerdotes non accipiant minorem pecuniam, quia esset occludere viam liberalitati, charitati, & pietati, cum Sacerdotes liberalitatem exercere possint in remittendis elemosynis sibi debitis: ita ultra Suarez & Reginald. citatis locis, resolvunt Fr. Emman. dict. c. 252. num. 4. Bartholom. ab Angelo d. dialogo 5. §. 527.

Unde si Sacerdos exigat importunè ab invitis elemosynam supra taxam ab Episcopo præscriptam, peccabit mortaliter, ad restitutionemque tenebitur; secus si ex liberalitate offerentis recipiat elemosynam pinguiorem supra taxam, quia sicut liberum est Sacerdoti minus stipendium accipere, ita etiam liberum est majus accipere à sponte dantibus; leges enim Prælatorum pietatem non præcludunt, & consuetudines non consistunt in indivisibili, & aliud est ex justitia exigere, aliud gratis donare, vel remittere: idèd lex justitiæ non impedit onera liberalitatis, & Christianæ misericordiæ, Reginald. lib. 23. num. 232. Ludov. Miranda in man. Prælatorum. tom. 1. quæst. 41. art. 43. conclus. 1. & 2. Suarez disp. 86. sect. 2. conclus. 1. Possévin. c. 2. num. 24. Fraxinel. de obligationibus Sacerdot. sect. 3. prænot. 5. §. 3. Lessius de

justitia lib. 2. c. 4. dubit. 6. num. 37. Mich. Zanar. p. 1. direct. Theolog. de Eucharist. c. 13. de Missa, vers. 10. dico. Sacerdotem tamen pro obligatione celebrandi summo manè, vel in loco à civitate distante, pro labore prævio in itinere, vel etiam certis diebus, & in determinatis locis, posse pinguius recipere stipendium quàm lege sit, aut consuetudine receptum, tenent Fraxinel. dict. sect. 3. pranot. 1. §. 2. Graffis d. lib. 2. c. 96. num. 34.

11 Sacerdos, qui aliquam pecuniæ quantitatem accepit per se, vel per alium, pro dicendis Missis, vel ut eas faciat celebrare per alios, potest, per alios Sacerdotes satisfacere minori pitantia, retenta sibi parte elemosynarum, inscio dante, & insciis Sacerdotibus celebrantibus; modò illis tantam tradat elemosynam, quantam fert communis taxa, & modò sit Parochus, vel alicujus populi curam habens, & pecuniam illam accipiat à lege, vel consuetudine assignante sibi certam quantitatem ex quaque Missæ pitantia; secus verò si Sacrista, vel alius sit, qui stipendia colligat, ut per alios curet Missas celebrare; quia tunc non potest sibi partem retinere, juxta quæ reducendæ sunt dicta per Sor. de justitia lib. 9. q. 3. art. 1. vers. sed hoc propterea, Navar. in man. c. 25. num. 91. vers. 24. Ludov. Lopez in instruct. conscientie, q. 2. tit. de Eucharist. c. 18. vers. insuper. Fr. Emman. p. 1. sum. c. 252. concl. 4. Sà verb. Missa, num. 45. Lud. Beia in resp. casuum conscientie, p. 1. casu 12. in fine, Aragon. 2. 2. q. 85. de sacrific. art. 3. pag. 683. Nald. verb. Missa, n. 20. Henriq. lib. 9. c. 21. n. 8. Suarez p. 3. disp. 88. sect. 33. Guttier. Canon. lib. 1. c. 29. n. 32. Reginald. lib. 23. n. 240. Vega in sum. tom. 2. c. 41. casu 3. Fraxin. sect. 3. pranot. 5. §. 4. Valq. p. 3. disp. 234. c. 4. n. 30. Possévin. de officio Curat. c. 2. n. 19. Bart. ab Angelo dialog. 5. §. 513. latè Ioan. Valer. de different. inter utrumque forum, verb. Missa, different. 1. Bonac. de Sacram. disp. 4. q. ult. puncto 8. diff. ult. Homobon. de examine Eccl. tr. 4. c. 14. q. 131. Cened. Canon. q. 27. n. 20. Fagund. d. p. 1. lib. 3. c. 9. num. 17. Gavant. in comment. ad rub. Missalis, p. 3. tit. 12. n. 34. & 35. Diana d. p. 1. tract. 14. resolut. 10. cum seqq.

Novissimè Sacra Congreg. Illustriss. Cardinalium S. Concilii Trident. interpretum omne damnabile lucrù ab Ecclesia remove volens, prohibet Sacerdoti, qui Missam suscepit celebrandam cum certa elemosyna, ne eandem Missam alteri, parte ejusdem elemosyna sibi retenta, celebrandam committat, prout repetitur in decretis de celebratione Missarum apud Typographiam R. Camerae Apostol. impressis de anno 1625.

Quæstio est in hac materia controversa, utrum scilicet liceat Sacerdoti Missas celebrare anticipatè? Super qua quæstione emanavit à Sacra Congregatione Concilii Tridentini decisio ex mandato S. D. Clementis VIII. cujus tenor talis est. Superioribus diebus significatum fuit S. D. N. paucis ab hinc annis in Hispania novam consuetudinem recentiorum aliquod Theologorum opinione nixam, sensum receptam in dies magis invaluisse, ut Sacerdotes Missam celebrantes, ejus valorem generalem applicent his, qui postea Missa celebrationem postulaturi, ac pro eo elemosynam prabaturi sunt, tamen antequam Missa sacrificium perageretur, neque à Sacerdote illud rogassent, neque ei hac de causa prastitissent elemosynam. Quam rem cum Sanctitas sua ad Sacram Congregationem Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum pro materia gravitate examinandâ rejecisset, in ipsa Congregatione primùm de ea actum fuit diligentissimè, ac deinde relatum ad Sanctitatem suam, qui ex ejusdem Congregationis sententia hujusmodi consuetudinem tanquam pluribus nominibus periculosam, fidelium scandalis, & offensionibus obnoxiam, atque à vetusto Ecclesie more nimium abhorrentem explosit ac improbavit, atque Amplitudini

tua literas dari, quod facimus, mandavit, ut omnibus illius Regni Archiepiscopis, atque Episcopis, in quorum diocesis hujusmodi applicatio in usum inducta fuerit, per litteras, aut alias scripto injungat, ut talem usum aboleant, ac prohibeant, excommunicationis, atque aliis quas opportunas, & necessarias existimaverint, pœnis. Idemque præcipiat Generalibus, & Capitibus Ordinum, quos in istis Regnis nunc noverit commorari, ut scilicet & ipsi Regularibus sibi subditis talibus applicationibus, eisdem pœnis propositis, interdican. Quæ omnia pro sua pietate, & Sanctissimi Domini nostri jussu obsequendi studio Amplitudinem tuam sedulo effecturam sperantes, Omnipotentem Deum rogamus, eam quotidie celestis sua gratia donis velit auctiorem. Roma die 15. Novembris 1605. de qua declaratione meminerunt Laurent. de Peirinis tom. 2. de privileg. Minim. inter Constit. Urbani VIII. n. 9. Gavant. in thesaur. tom. 1. p. 3. tit. 12. à n. 34. Lezana in sum. quest. Regul. c. 21. n. 7.

Ex quibus jam colliges, in praxi consuetudinem celebrandi anticipatè non esse approbandam, nec tolerandam: tum quia redolet nimiam lucri cupiditatem, tum quia par est, ut qui tradit elemosynam, sciat Missam pro se celebrandam, ut melius se disponat ad recipiendum sacrificii fructum, qui potest esse major, vel minor juxta majorem, vel minorem illius dispositionem, ex citatis per Nugn. 3. p. q. 83. art. 1. §. in 3. p. dub. 5. versic. respondetur, Coninch. tom. 1. q. 83. num. 172. concl. 15. tum quia homines retrahi possent ab elemosynis in futurum tradendis pro celebratione Missarum, si Sacerdos offerenti elemosynam responderet, applico tibi Sacrificium, quod alias celebravi. Quamobrem homines facile sibi persuaderent Sacerdotem accipere stipendium, & non persolvere onus, pro quo stipendium accepit. Ita Henriquez d. lib. 6. de Missa, c. 21. n. 2. Soar. disp. 29. sect. 9. Reginald. lib. 23. n. 237. Aragon. de just. q. 85. art. 3. dub. de illis, qui dicunt Missas anticipatas, Homobon. d. tract. 4. c. 16. q. 147. Diana moral. resol. p. 1. tract. 14. resol. 15.

Exciperem tamen unum casum, in quo Sacerdoti licet Missas celebrare anticipatè, videlicet quando ex obligatione alicujus Capellæ quis tenetur Missas certas singulis hebdomadis celebrare, vel in posterum pro certa intentione; quia tunc si aliud non exprimatur in fundatione Capellanæ, ex quo voluntas defuncti aliquo modo eludi videri possit, satisfacere potest, illas in hebdomada antecedente celebrando. Ita Petr. de Ledesma in sum. p. 1. de Sacrament. Eucharistia, c. 18. conclus. 17. versicul. La duda de un Sacerdote, Fr. Emman. in sum. tom. 1. c. 252. conclus. 8. Reginald. dict. lib. 23. num. 237. Diana d. p. 1. tract. 14. resolut. 16. & expressè in Capellano, quod possit prævenire tempus celebrationis, resoluit Aloyf. Ricc. in praxi decis. 400. in 1. edit. & resol. 338. in 2. edit.

Quæstio etiam est in hac materia magis difficilis, an scilicet peccet mortaliter, qui celebrat Missam ante Matutini Officii recitationem? De qua particularem tractatum edidit Laurent. Perez Seco, qui inscribitur, An liceat Missam celebrare non recitatis Matutinis. Partem negativam, videlicet non esse peccatum mortale facere Sacrum non recitatis Matutinis, veriorem semper censui; quia non videtur tanta connexio inter Missam, & horas Canonicas, ut convertens hunc Ordinem reus lethalis culpæ sit: tum quia nulla lege sancitum est sub mortali celebrantem Missam ante Matutinas horas graviter peccare, quamvis fieri possit, ut peccet venialiter defectu debite devotionis, ut si recitet Matutinum tardius quàm par sit: unde merito hanc sententiam tenent Sor. lib. 10. de justit. quest. 5. art. 4. concl. 2. & in 4. diff. 23. quest.

quæst. 2. art. 2. Llamas in p. 3. methodi, c. 5. §. 15. il primo, pag. 501. Medina p. 3. instruction. Confessorum, c. 16. §. 2. in fine, Vega in speculo Curatorum, c. 10. §. 28. num. 254. vers. tambien, Ioan. Baptista Conrad. in respons. casuum conscientia, casu 242. Coch. institut. Canon. lib. 5. tit. 6. num. 36. Ludov. Lopez in instruct. conscientia, p. 2. c. 79. de Eucharist. versicul. denique neque hic, c. 105. de horis Canon. versicul. nunc tamen, Emman. Sà in aphorism. verb. Missa, n. 22. Petr. Aragon. 2. 2. quæst. 63. art. 12. versicul. de Ordine, pag. 832. Alphons. Vega in sum. p. 2. c. 41. cas. 16. Scott. de sacrif. Missa, lib. 2. c. 6. Valent. 2. 2. disp. 6. quæst. 2. punct. 10. Valquez in opusc. de benef. cap. 4. §. 1. art. 2. num. 6. Paul. Comitol. resp. moral. lib. 1. quæst. 50. Fr. Emman. in sum. p. 1. c. 249. n. 12. & quæst. Regul. tom. 1. q. 4. art. 3. Macign. de horis Canon. cap. 46. Bartholom. à S. Fausto eod. tract. lib. 2. q. 2. 14. Paul. Layman. in Theol. moral. lib. 5. tract. 5. c. 4. assert. 4. Poslevin. de officio Curati, c. 2. n. 16. Bonac. de Sacram. disp. 4. quæst. ult. punct. 9. num. 7. Paul. Squillante de obligat. cleric. p. 1. dub. 27. num. 56. Fernandez in examine Theolog. moral. p. 3. c. 5. §. 4. Villalob. in sum. tom. 1. tract. 8. diff. 30. n. 1. Raph. de la Torre in 2. 2. tom. 1. controvers. 8. disp. 2. num. 6. & 7. Diana moral. resol. p. 1. tract. 14. resol. 36. Lczana in sum. quæst. Regul. p. 1. c. 2. 1. num. 3. Galet. in margaria casuum conscientia, verb. Missa, pag. 171. col. 2. Nugn. in 3. p. 9. 83. art. 2. Suar. p. 3. q. 83. art. 3. disp. 82. sect. 1. & tom. 2. de Relig. lib. 4. c. 14. n. 6. Homobon. de Bonis de humana vita statib. p. 1. c. 18. versic. quarto, laud. Fagundez in quinque Ecclesie precepta. p. 1. lib. 3. c. 17. à num. 22. Petr. de Ledesma in sum. p. 1. de sacrament. Eucharistia, c. 23. versic. Octavo, Nald. verb. Missa, n. 8. Miranda in man. Pralat. p. 1. q. 40. art. 12. concl. unio. Chamerota d. tit. de sacrificio Missa, dub. 14. Lessius de justit. lib. 2. c. 37. dub. 12. n. 18. Coninch. de Sacram. tom. 1. q. 83. n. 200. Molfes. in sum. tract. 5. c. 2. num. 31.

Licet affirmativam opinionem, imò mortale peccatum esse ante Matutinarum recitationem Sacrum facere, teneant D. Anton. p. 3. tit. 13. c. 6. §. 4. in fine, D. Raymund. in sua sum. lib. 3. tit. de Sacram. iterand. in glos. verb. pro defunctis, pag. 326. Arnil. in sum. verb. Missa, num. 3. Tabien. eodem verbo, num. 7. & Angel. num. 42. Navar. in c. 25. n. 83. versicul. 18. & de horis Canon. c. 3. num. 70. & c. 21. n. 30. Majol. de irregul. lib. 3. c. 24. num. 1. Antonin. Bernard. in sum. c. 27. num. 16. Petr. Boll. in Oeconomia Canon. clas. 1. c. 3. §. 6. pag. 82. versicul. Primum est, Melchior de Huelan. in epitome Ceremon. & mysteriorum Missa, §. 2. versic. Las quales maytines, pag. 355. Ludov. Beja respons. casuum conscientia p. 1. cas. 54. versicul. quia celebrare ante Matutinas, Michaël Timoth. de Sacrificio Missa, tract. 1. q. 2. Læl. Zech. de Sacrament. tr. de Missa, c. 16. in princ. Steph. Durant. de ritibus Ecclesie, lib. 3. c. 24. n. 13. Barthol. ab Angel. dialog. 5. §. 240. Jacob. de Graffis in decis. aureis, lib. 2. c. 40. n. 6. Henriquez in sum. lib. 9. de Missa, c. 24. n. 7. Pitigian. disp. 13. q. 1. art. 10. Azor. instit. moral. p. 1. lib. 10. c. 28. quæst. 17. Card. Bellarm. lib. 1. de bonis oper. c. 28. Francolin. de tempore Horar. Canon. c. 24. Homobon. de examine Eccles. tract. 4. c. 16. q. 148. Gavant. in comment. ad rubricas Missalis, tit. 1. in verb. Matutinum cum Laudibus, p. 2.

De obligatione Parochi.

16 Populum monere obligatur Parochus, ut Missas in parochia propria frequentet, & instituere præcepto Ecclesie sub peccato mortali diebus festis Missam audiendi, cogere tamen non potest, ut Missam audiatur in parochia sua, quia Concil. Trident. sess. 22. in decreto de observandis, ubi hæc habentur, utitur Barbos. de Episc. Pars II,

† verbo, moneant, quod inducit consilium, & non 17 præceptum, prout Cened. ad Decretales collect. 104. n. 2. quem ego ipse refero in tract. de dictionibus usufreq. dict. 302. Idem ita merito hanc resolutionem tenet Lusit. Ferdin. Pæz in repet. cap. Missas, de consecr. dist. 1. num. 133. Cened. d. Collect. 104. Guttier. Canon. cap. 30. num. 7. lib. 1. Fr. Emman. in sum. tom. 1. c. 249. n. 25. & quæst. Regul. tom. 1. q. 43. art. 7. Suar. tom. 3. disp. 87. sect. 2. in dub. circa secundam Missa divisionem, me citato in hoc loco, Homobon. de examine Ecclesiastico, tract. 8. c. 5. quæst. 14. versic. secundò. Azor. institut. moral. p. 1. lib. 7. c. 6. quæst. 4. Henriq. lib. 9. de Missa, c. 25. §. 9. Matth. Serar. in pract. in ordine visitandi, c. 3. n. 4. Valer. Reginald. in praxi fori penitent. lib. 18. q. 3. n. 22. Coninch. de Sacram. tom. 1. q. 85. n. 312. Aloyf. Ricc. in decis. Curia Neapol. p. 1. decis. 152. Zerola in praxi Episcop. p. 2. verb. Parochia, & p. 1. verb. Missa §. 6. ubi asserit decium, posse Episcopum cogere populum mulctis, & pœnis, etiam in casu notabilis negligentia, aut contumacia, ire ad audiendam Missam in Parochia sua.

Missæ igitur audiendæ præceptum adimpletur quo- 18 cumque in loco Missæ Sacrum audiatur, sive in propria Parochia, sive in qualibet alia Ecclesia, aut loco ubi celebretur. † Potest tamen fieri aliunde, ut quis 19 peccet non audiendo Missam in propria Parochia, ut si quis nolit eam audire ex contemptu, aut quando Parochus declarat ea, quæ Parochiani scire tenentur. Ita Fr. Emman. d. tom. 2. sum. c. 123. n. 6. Navar. c. 21. n. 5. Graff. d. c. 35. n. 5. Nugn. 3. p. 9. 83. art. 6. dub. 2. concl. 4. Suar. disput. 88. sect. 2. Barthol. ab Angel. dialog. 5. de Missa, §. 7. n. 9.

Extat tamen Leonis X. Constitutio, qua declarat 20 satisfieri huic præcepto si audiatur Missa in Ecclesiis Regularium, cujus declarationis tenor relatus apud Confect. in collect. privil. Mendic. fol. 149. & apud Piazec. in praxi nova Episc. p. 2. c. 3. n. 22. est huiusmodi. Intelleximus quosdam in dubium revocare, & proinde conscientia timoratis scrupulum injicere, si Christi fideles, qui Dominicis, & festis diebus extra Ecclesias suas Parochiales Missas audiunt in Ecclesiis Fratrum Ordinum Mendicantium, Ecclesie præcepto de Missa audienda satisfaciunt. Nos ambiguitatem huiusmodi penitus tollere volentes, cum sinceriori conscientia fideles quique Deo Creatori suo serviant, auctoritate Apostolica tenore præsentium notum facimus, omnes Christi fideles utriusque sexus (qui non contempto proprio Sacerdotis Parochiali) in Ecclesiis Fratrum Ordinum Mendicantium Dominicis, & festis diebus Missas audiunt, satisfacere præcepto Ecclesie de Missa audienda, nec in aliquo labem mortalis peccati, pœnamve propterea incurvere, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, &c. dat. Romæ sub Annulo Piscat. die 13. Novembr. 1517. Et hoc idem declaratum fuisse à Clemente VIII. Brevi quodam directo ad Nuntium Sedis Apostolicæ inferioris Germaniæ de anno 1592. die 2. Septembr. refertur in collect. privil. Fr. Emman. pag. 520. sub num. 4. † Potest tamen Episcopus Regularis cogere, ut in offertorio Missarum Conventualium, quæ Dominicis diebus in Monasteriis celebrantur, declarent fidelibus, quæ festivitates, & jejunia in illa hebdomada occurrant, ne ignorantia horum festorum, & jejuniorum præcepta Ecclesiastica à fidelibus transgrediantur, prout resolvit Fr. Emman. quæst. Regul. tom. 1. q. 43. art. 7. ubi refert ita vidisse observari à quibusdam Fratribus Ordinis Mendicantium Regni Portugaliz in, Diocesi Elboren. Portel. in dubiis Reg. verb. Episcopus n. 7.

Sacerdotes curam animarum habentes tenentur peccate, vel per alios celebrare singulis saltem diebus, quibus opus est, ut satisfaciant muneri suo, ut habetur in Concil. Tridentin. sess. 23. de reform. cap. 14. ibi

curet Episcopus uti saltem diebus Dominicis, & festis solemnibus; si autem curam habuerint animarum, tam frequenter, ut suo muneri satisficiant, Missas celebrent: non viderentur autem muneri suo satisfacere, nisi celebrent per se, vel per alios in singulis diebus festis, alii autem non tenentur celebrare, nisi specialem habeant obligationem. Ita Navar. in man. c. 25. n. 135. Fr. Emman. in sum. part. 1. cap. 252. num. 1. Spin. in spec. testament. gloss. 3. principali. num. 93. Azor. instit. moral. p. 1. lib. 10. c. 24. q. 2. & 3. Jacob. de Graffis d. lib. 2. c. 39. num. 7. Valquez 3. p. disp. 232. c. 1. n. 12. Bonac. de Sacram. disp. 4. q. ult. punct. 7. n. 3. Homobon. de Bonis de examine Ecclesiast. p. 1. tract. 14. c. 14. q. 133. Molfes. in sum. moralis Theolog. tract. 3. c. 14. n. 16. Fagundez in quinque Ecclesia precepta. p. 1. lib. 3. c. 15. a. n. 8. † Non tamen videntur obligandi ad applicationem sacrificii pro populo singulis prædictis diebus: nam obligatio ad celebrandum, & obligatio ad applicandum videntur diversæ, cum aliquis obligari possit ad celebrationem, quamvis non obligentur ad applicationem: nam nullo iure positivo, neque beneficii institutione præcipitur, instituitur enim beneficium Curarum ad animas doctrina, & Sacramentorum administratione pascendas, nisi aliud consuetudo præscribat, cui standum est. Ita Navar. c. 15. n. 92. Anton. de Corduba quest. lib. 1. q. 4. Henriq. in sum. lib. 9. c. 22. §. 6. Nald. Parochus, n. 18. Suar. disp. 86. sect. 1. vers. de beneficiis igitur, Reginald. lib. 23. n. 238. Valquez 3. p. disp. 234. art. 6. c. 6. vers. vera tamen sententia, Fraxinel. sect. 3. pranot. 2. §. 2. Possivin. de officio Curati. c. 2. n. 4. Aloyf. Ricc. in decis. Curia Archiepisc. Neapol. decis. 201. p. 4. Coninch. de Sacram. q. 83. art. 1. dub. 11. concl. 3. Ugolin. de offic. Episc. c. 16. Gavant. in comment. ad rub. Missalis. p. 3. tit. 12. n. 27. Layman. in Theologia moral. tract. 5. de sacrificio Missæ. c. 3. num. 3. Filliuc. tract. 4. n. 174. Ego tamen ex Concil. Trid. sess. 23. de reform. cap. 1. existimo Parochum teneri Missæ sacrum suis ovibus applicare, juxta viri prudentis arbitrium: hanc resolutionem me citato in hoc loco, sequitur novissimè Alphons. de Leone de officio Capel. q. 2. sect. 3. n. 46. sed postea q. 8. sect. 20. a. n. 60. aliud videtur tenere: vide quæ diximus de Parocho cap. 1. n. 13.

24 Curent deinde Parochi ab Ecclesiis arcere Musicas eas, ubi sive organo, sive cantu lascivum, aut impurum aliquid miscetur, ut admonet Concil. Trident. sess. 22. in decreto de observandis, comprobant Navar. in man. c. 12. n. 87. Caictan. 2. 2. q. 91. art. 3. versic. inter hæc, Valent. 2. 2. disp. 6. q. 9. punct. unic. Soar. tom. 2. de relig. lib. 4. de Orat. c. 13. n. 16. & 17. latè & eleganter Sanch. in precepta Decal. lib. 2. c. 37. n. 7. Bonac. de Horis Canon. disp. 2. q. 1. punct. 3. n. 1. Ego ipse in coll. ad cap. dolentes. n. 15. de celeb. Missar. ubi n. 16. plures refero DD. qui agunt de Musicis instrumentis, quæ in Ecclesiis licita sint.

25 Et representationes in Ecclesiis nec debent permittere, in eis enim fieri prohibentur, ex traditis per Petr. Greg. Syntagm. juris p. 3. lib. 39. c. 11. Navar. in tract. de Orat. c. 5. n. 25. Zerol. in praxi Episc. p. 1. verb. representationes, pag. 302. Gavant. in enchir. Episc. verb. representationes sacra, n. 1. Diana resol. moral. p. 4. tr. 4. resol. 184.

26 Ita etiam saltationes in Ecclesiis non debent permittere, saltatoribus enim recordandum est quod in Saxonia accidit saltantibus in Ecclesia Sancti Magni, qui in pœnam, ut creditur, per totum annum sine cibo, & somno saltarunt, ut referunt Pineda in Monarchia Ecclesiastic. part. 3. lib. 19. c. 17. §. 1. fol. 180. Fr. Alphons. Venero en el enchiridion de los tiempos, fol. 139. Instrucion de la muger Christiana, lib. 1. cap. 16. Compendio de las historias prodigiosas, part. 2. cap. 13.

Sic etiam convivia in Ecclesia cum irreverentia loci sacri celebrare peccatum est mortale; secus tamen si aliquod frugale: & parcum in angulo Ecclesiæ sine tumultu, sine luxu, & perturbatione adstantium fiat ex causa rationabili, verbi gratia, quia non est alius locus sufficienter accommodatus. Ita Franc. Raphaël de la Torre in 2. 2. D. Thom. tom. 2. q. 99. art. 3. disp. 7. pag. 621. cum seqq. Et licet olim pernoctationes, & vigiliæ in Ecclesiis fieri solitum esset, ut referunt Pinel. in Monarch. Eccles. lib. 12. cap. 12. §. 3. Fr. Hieron. Roman. de republ. Christ. lib. 5. cap. 13. Illesec. in Chronica Pontif. lib. 4. c. 11. fol. 143. Cened. ad Sextum. collect. 11. num. 4. Cardin. Cæs. Baron. in addit. ad Martyrol. Roman. die 15. Ian. pag. 13. tamen hodie removendus est abusus in quibusdam Ecclesiis, in quibus propter Sanctorum festa vigiliæ hominum, & mulierum tota nocte permittebantur, & debet poni pœna excommunicationis, ex Fulse. de visitat. lib. 1. c. 28. n. 8.

De obligationibus Capellani ad Missas pro aliis ex justitia celebrandas.

Capellanus tenetur sub mortali, nisi iusta excusetur causa Missas celebrare secundum institutionem Capellanæ, & intentionem fundatoris. Ita Fr. Emman. in sum. part. 1. cap. 249. num. 8. Henriq. lib. 9. cap. 23. num. 5. & c. 24. n. 4. Azor. instit. moralium p. 1. lib. 10. cap. 24. q. 7. Suarez disp. 80. sect. 2. Reginald. lib. 29. num. 164. Et qui alicui Ecclesiæ, vel altari inservit, & onus Missæ quotidianæ suscipit, sub mortali debet quotidie celebrare, nisi legitimè sit impeditus, & nulla alia stipendia pro Missis dicendis accipere potest. Valq. in 3. p. tom. 3. disp. 231. cap. 4. Graff. in decis. aur. p. 1. lib. 2. cap. 45. num. 20. Obligatio quotidianæ Missæ, vel refertur ad locum, vel ad personam Sacerdotis: si referatur ad locum, veluti quando dicitur, celebratur quotidie Missa in Ecclesia, in tali Altari, vel in tali Capella, tunc Sacerdos qui hujusmodi onus habet Missæ celebrandæ, sine vacantia quotidie celebrare tenetur, vel per se, vel per alium, Navar. conf. 25. de prabend. in novis, Beia p. 4. respons. casu 23. quos, & alios refert, & sequitur Fraxinel. d. l. sect. concl. 4. §. 1. Si verò Missæ quotidianæ institutio ad personam Sacerdotis referatur, duobus modis contingere potest: primo modo his verbis, vel per se, vel per alium; & tunc fundatio Missæ vacantiam non agnoscit. Secundò modo absolutè, & simpliciter instituitur his, vel similibus verbis, eligatur Capellanus, qui quotidie celebret; & tunc Sacerdos non tenetur quotidie celebrare, sed quanto frequentius potest, salva sua honestate, & debita Sacramenti veneratione, per ea quæ D. August. de Ecclesiast. dogmat. c. 53. relatus in cap. quotidie 13. de consecr. dist. 2. & text. in cap. significatum, de prabend. tenet Navar. conf. 6. n. 2. de prabend. in novis. Iacob. de Graffis in decis. aureis, part. 1. lib. 2. c. 39. n. 9. Azor. instit. moral. part. 1. lib. 10. c. 24. q. 7. Ugolin. de potest. Episc. c. 14. n. 3. Fraxinel. d. concl. 4. §. 2. num. 2. Henriquez d. lib. 9. c. 24. §. 4. & conf. 21. n. 4. Aloyf. Ricc. in praxi rerum fori Eccles. decis. 403. num. 1. in 1. edit. & resol. 340. in 2. edit. Et possunt, imò debent Prælati præcipere subditis Sacerdotibus, ut secundum obligationes certa intentione celebrent, & ipsi obedire tenentur, ut resolvunt Fr. Emman. in exposit. Bul. compos. §. unico, num. 50. Fraxinel. sect. 7. §. 6.

Quoad Regulares verò Sacerdotes strictius proceditur; possunt enim Prælati eorum intentionem in Missarum celebratione irritare, ut Sacrificii applicatio ei valeat, cui à Regulari Prælato applicatur, non cui à Sacerdote Regulari; nam Prælati hujusmodi sunt domini operationum subditorum, quæ possunt officere

officere obedientiæ, quæ illis promittitur in solemnino voto. Ita Cordub lib. 1. quæst. 3. not. ab. 5. Confect. in sum privileg. Ordin. Mendicant. tit. 19. de divinis Offic. & celeb. Miss. cap. 3. ad finem, Fr. Emman. in sum. part. 1. cap. 251. concl. 10. ubi declarat hos Prælatos debere Sacerdotum subditorum intentionem irritare, si cum sua intentione non reguletur, antequam ab eis Missa dicatur. Contrarium tamen videtur tenere Suarez in 3. part. tom. 3. disp. 79. sect. 9. nisi eum intelligamus de subditis Sacerdotibus non Regularibus, qui eorum Prælato non tenentur obedire ex voto solemnino, sicut Regulares, sed ex illius jurisdictione. Non obstat quod Sacerdos etiam Regularis est tam proprius minister Christi in sacrificio Missæ, ut quamvis nolit Prælatus, consecratio ab eo legitime, & realiter fiat: ergo Missæ sacrificium erit validum, & utile illi, cui à Sacerdote applicatur, et si Prælatus ejus irritet intentionem. Respondetur enim non esse simile de consecratione per intentionem Sacerdotis, & de applicatione valoris Missæ secundum intentionem ejusdem; nam intentio Sacerdotis in consecratione est de essentia ipsius sacrificii, id. ò non potest à Prælato irritari, aliàs non esset sacrificium: at quod valor sacrificii huic, vel illi applicetur, non est de essentia sacrificii: id. ò si à Prælato alteri, quam ei, in quem Sacerdotis dirigitur intentio, applicetur, est sacrificium: quare intentio hæc applicandi valorem Missæ potest à Prælato irritari, non autem intentio consecrandi. De hac materia vide novissime Alphons. de Leone de officio Capellani quæst. 1. sect. 4. & 9. 8. sect. 20.

Episcopus non potest compellere obinentem Capellaniam, ut ipsemet celebret, licet in ejus fundatione disponatur, quod Capellani celebrent: nam illis oneribus Missarum rectè per substitutum satisficit: ita decisum referunt in Sacra Congrat. Concilii, Piasec. in praxi nova Episcopi. quæst. 2. cap. 3. num. 33. Gonzal. ad regulam 8. Cancell. gloss. 5. num. 84. Galet. in margarina casuum conscientia, verb. Capellania, 2. Ugolin. de potestate Episcopi. cap. 50. §. 8. num. 5. Garcia de benef. part. 7. cap. 1. num. 87. Azved. conf. 20. n. 4. in fine, eleganter Campanil. in divers. Iuris Canonici, rub. 7. cap. 9. l. num. 13. me citato Bonacina de Sacram. disput. 2. quæst. ult. punct. 7. §. 1. num. 1. Monet. de commutat. ult. volunt. c. 10. q. 4. num. 156. & 161. & me citato in hoc loco, Diana d. part. 1. tract. 14. resol. 18. censuitque Rota in Rom Capellania, 23. Januarii 1599 coram Cardin. Pamphil. sen. & in Lucana Capellania, 12. Decembris 1593. coram R. P. D. Gypcio, & in Tirassonens. Capellan. 9. Junii 1602. coram Illustriss. Cardin. Sacrato, resolvunt. Francisc. Marc. decis. 799. part. 2. Anna consil. 22. num. 10. Monald. consil. 129. volum. 2. Stephan. Gratian. discept. forens. c. 73. n. 10. & cap. 133. n. 1. Quod quidem procedit etiam si testator mandaverit dari Capellaniam Sacerdoti, qui celebret Missam pro anima sua; poterit enim celebrari facere per alium cum non sit verisimile, quod disponens se voluerit arctare magis ad Missam unius, quam alterius, Lap. alleg. 35. quasi illa verba potius sint apposita ad denotandum onus impositum celebrandi, nõ personam celebrantis. Ita ex nonnullis S. Rotæ decisionibus resolvit Gratian. dict. cap. 73. num. 10. ubi refert Sacram. Congreg. Concil. censuisse, quod Episcopi non compellant tales ad celebrandum per se ipsos, & idem Gratian. cap. 133. numer. 1. tenet quod per onus celebrandi Missas, & divina Officia non dicitur electa industria personæ, ita ut teneatur quis residere, cum sufficiat quod per alium hoc possit fieri, quasi in utroque modo satisfiat menti, & animæ testatoris.

Quando verò verba fundationis expressè significant intentionem illius esse, ut per ipsum Capellani

Barbos. de Episcopi. Pars II.

num Missarum celebratio fieret, personæque industriam electam fuisse, tunc benè verum est Capellanum debere celebrare per seipsum, in quibus terminis videtur loqui Guttier. conf. 1. sub n. 11. & conf. 2. sub n. 18.

Sed dubium remanet discutiendum, utrum si ipse Capellanus, qui tenetur quotidie celebrare, frequentem Missæ celebrationem, vel semel in hebdomada titulo honestatis, aut alia justa de causa intermittat an teneatur per alium eo die supplere? Respond. quod si in fundatione Capellaniæ non fuit electa persona, sed solum habita fuit ratio loci, aut Missæ celebrandæ, ut accidit quando in fundatione dicitur, *Volo Missam quotidie celebrari in tali altari*; vel si dicatur, *Obligo heredem, aut Sacerdotem ad providendum de Missæ sacrificio*, vel si dicatur, *Capellanus quotidie celebret per se, vel provideat per alium*; tunc tenetur Capellanus quotidie ad Missam celebrandam per se, vel per alium, quia in loco non accidit indifpositio ad Missæ celebrationem, sicut in persona Sacerdotis: ergo si ad Missam dicendam in tali loco unus Sacerdos est impeditus, potest per alium obligationi satisfieri: ergo Missa quotidiana in loco particulari celebranda vacantiam non patitur. Si verò electa sit persona, ut si dicatur, *eligatur Sacerdos, qui quotidie celebret, aut volo ut Sacerdos electus ad hanc Capellaniam quotidie celebret*: ùm Capellanus non possit facere per alium, si semel in hebdomada justa de causa Missæ sacrum intermittat, non tenebitur illud per alium supplere: colliges hæc ex resolutis per Suarez disp. 86. sect. 1. col. 3. vers. de beneficiis, Azor d. c. 24 q. 7. Beia p. 1. casu 23. vers. quare obligatio, Graff. in decis. aur. p. 1. lib. 2. c. 39. n. 8. Diana d. p. 1. tract. 14. resol. 27. cum seqq. Paul. Fraxinel. de obligat. Sacerd. sect. 4. concl. 4. §. Ugolin. de potest. Episc. c. 14. n. 3. Capellanus obligatus singulis diebus Missam pro aliquo celebrare, potest in quolibet anno aliquando pro se, vel pro aliis sacrificium applicare. Ita Nald. in sum. verb. Missa, n. 7. Homobon. de examine Eccles. p. 1. tract. 14. cap. 1. q. 3. resol. 1. Diana moral. resol. p. 4. tract. 4. ref. 86. ubi etiam Fraxinel. de sacer. oblig. sect. 4. concl. 4. §. 21. subdit quod Sacerdos obligatus ad dicendum Missam quotidianam pro aliquo non tenetur tres Missas in nativitate Domini pro eo celebrare.

Capellaniam habens cum onere celebrandi Missas, an teneatur illas per alios celebrare tempore infirmitatis? Vide Marc. Ant. Genuens. in praxi Archiepisc. Neapol. c. 47. Petr. Navar. de restit. lib. 2. c. 2. n. 2. O. Hurtad. de Sacram. disp. 4. de sacrific. Missæ, diff. 2. Galet. in marg. casuum conscientia. verb. Missas, Aloyf. Ricc. part. 2. decis. 210. & d. resol. 340 Fraxinel. d. sect. 4. concl. 4. §. 1. ex quorum mente resolve Capellanum infirmitate præpeditum post octo, vel decem dies per alios celebrare teneri: nam quod est datum ob causam repetitur, si ex infirmitate recipient non potuit adimpleri, l. si pecuniam, in princ. ff. de condict. causa data. Unde Rota in Pamplonens. celebrationis Missæ, Luna 7. Febr. 1594. coram Illustriss. Mantica, ut videre est in ejus decis. 262. censuit Beneficiatos, qui tenentur celebrare Missam in qualibet quinta feria ad honorem sanctissimi Sacramenti pro suffragio antæ testatoris, teneri celebrare Missas, quas lite pendente prætermiserunt, me citato in hoc loco; Castro Palao dict. disp. 1. puncto 6. n. 25.

Capellanus, qui ex promissione, vel fundatione tenetur celebrare certas, & peculiare Missas, veluti de Spiritu sancto, de Beatissima Virgine, vel de Requiem, malè agit; si alias celebret absque justa causa, qualis erit si in eum diem incidat solemnitatis alicujus Sancti; etiam si de eo celebretur officium simplex; tunc enim videtur posse Missam illius diei celebrare;

Colliges hæc ex Navar. in man. c. 25. n. 135. Sà verb. Missa, n. 48. Fr. Emman. in sum. tom. 2. c. 248. num. 9. Henriq. lib. 9. de Missa; c. 23. n. 6. Soar. tom. 4. disp. 83. sect. 3. vers. in quo est magna, Azor p. 1. lib. 10. c. 32. q. 5. Ludov. Miranda in man. Pralat. tom. 1. q. 41. art. 21. concl. 2. Reginald. lib. 19. n. 208. Possevin. c. 2. n. 44. ad finem, Barthol. ab Angel. dialog. 5. de Missa, §. 740. & 806. Fraxinel. de oblig. Sacerd. sect. 4. concl. 4. Beia p. 1. casu 23. vers. primum ostendo, Ugolin. d. cap. 14. n. 4. me citato in hoc loco, Castro Palao d. disp. 1. puncto 6. n. 26. Ioan. Baptist. Scott. de sacrif. Missa lib. 2. cap. 17. num. 4. Perez de Lara de Capellan. & anni-versar. lib. 2. c. 8. n. 33. Fagundez de quinque Ecclesia praeceptis, part. 1. lib. 3. c. 9. n. 6. & c. 10. n. 12. Quamvis contrarium, immò ex justa causa licitam esse hanc permutationem, existimaverint Timoth. de sacrif. Missa, tract. 3. q. 43. Sot. in 4. dist. 55. quaest. 2. art. 3. concl. 1. Molfel. in sum. tom. 1. tract. 3. c. 35. n. 26. Alex. Segala de triumpho anim. purgantium, c. 6. dub. 6. Homobon. de examine Eccles. part. 1. tract. 4. c. 14. q. 126. Gavant. in comment. ad rub. Missar. part. 3. tom. 12. n. 20. 22. 24. & 25.

53 Verùm qui ex titulo, vel conventionem tenetur in aliqua Ecclesia, vel Altari celebrare, non potest absque peccato mortali alibi celebrare, nisi hoc faciat ex justa, & rationabili causa; quia aliter non adimplet voluntatem, & intentionem testatoris, nec præstat id, ad quod fuit electus, & assumptus. Ita Sylvest. verb. Missa 1. quaest. 10. ad finem. Navar. in man. c. 25. num. 134. & de Orat. c. 5. numero 2. & 12. Henriq. lib. 9. cap. 23. num. 5. Grassius in decis. aureis, part. 1. lib. 2. c. 53. n. 9. & tom. 2. consil. sub tit. de præbendis, consil. 4. n. 1. Possevin. dict. c. 2. n. 25. vers. queritur 2. Ugolin. dict. cap. 14. n. 4. vers. verum, Azor. d. lib. 10. c. 24. q. 8. & part. 2. lib. 6. c. 24. quaest. 7. Fraxinel. de obligationib. Sacerd. sect. 4. conclus. 4. §. 9. me citato in hoc loco, Castro Palao d. disput. 1. puncto 6. num. 26. Marc. Anton. Cuch. lib. 5. instit. major. tit. 6. num. 69. Ceval. communium contra commun. quaest. 686. n. 6. Stephan. Grat. discept. forens. tom. 1. c. 73. n. 4. Ludov. Beia in resp. casuum conscient. part. 2. casu 12. in fine, & casu 23. vers. nec obstat, Bonac. de Sacram. disp. 4. q. ult. puncto 7 §. 4. num. 2. Monet. de commutat. ultim. volunt. cap. 5. q. 11. concl. 10. num. 394. & cap. 10. q. 5. concl. 4. n. 242. Homobon. de Bonis de examine Eccles. tr. 4. c. 13. q. 123. Stephan. Fagundez de quinque Eccl. praeceptis, part. 1. lib. 3. cap. 9. num. 2. Gavant. in comment. ad rub. Missalis, part. 3. tit. 12. n. 7. Diana d. p. 1. tract. 14. resol. 29. Melch. Phœbos Lusit. decis. 134. n. 13. cum seqq. part. 2. ubi probat esse peccatum mortale celebrare Missarum suffragia ultra locum à defuncto electum, & quod hoc etiam procedit contra causam piam, & favorabilem, Aloyf. Ricc. in praxi fori Ecclesiast. decis. 405. in 1. edit. & resol. 342. in 3. edit. ubi num. 4. & 5. † legitimas causas non celebrandi in Altari designato connumerari posse ait, si Altare ad ipsum esset destructum, vel adesset inundatio aquarum.

55 In eadem tamen Ecclesia, Altari impedito, si fieri potest propter testatoris devotionem celebrandum est, donec Altare construatur, vel reparatur, Marc. Ant. Genuens. in manu. Pastorum, c. 72. n. 4. quem citat Fraxinel. d. sect. 4. concl. 4. §. 12. Si verò in ea celebrari non possit, veluti, quia violata est, vel aliud justum adest impedimentum, Capellanus alibi debet celebrare, quando intentio testatoris circa hoc est dubia: nam credibile est, omninò fundatorem principaliter voluisse Missarum fructum sibi, & suis defunctis applicari, quàm loci particularis venerationem. Azor. d. cap. 24. q. 4. Fraxinel. d. concl. 4. §. 11. Sed si principaliter intenditur honor loci, vel temporis, vel Sancti, aut ministerium aliquod tali loco, aut tempo-

re celebrandum, tunc extra locum, & tempus signatum non currit obligatio, Galet. dict. verb. Missa 2. Quæ quidem principalis resolutio vera est, etiam si Sacerdos velit celebrare alibi, quàm in Altari designato de consensu hæredum: nam adimplenda est voluntas testatoris, cui nequeunt hæredes derogare: ita post Marc. Anton. Genuens. d. cap. 27. num. 12. tenent Fraxinel. d. concl. 4. §. 10. Aloyf. Ricc. d. resolut. 342. n. 5. in fine.

Si verò absque justa causa alibi celebret, peccabit mortaliter, si sæpius faciat, veluti contra obligationem in re gravi; non tamen tenebitur iterum in eodem Altari, vel Ecclesia celebrare, aut ad aliquam restitutionem, ut compenset Sacrificia alibi facta; quia non privavit fundatorem fructu Sacrificii. Ita Possevin. c. 2. num. 25. vers. queritur 2. Fraxinel. d. sect. 4. in concl. §. 3. contra Azor. part. 2. lib. 6. c. 24. quaest. 7. atque alios asserentes teneri ad aliquam restitutionem, eo quod non adimpleverit fundatoris voluntatem. Advertas tamen posse in his Episcopum dispensare. Puta, ut qui in Academia ratione studii abest, satisfaciatur oneri celebrando in alio loco, tempore, & hora. Ita Henriquez dict. lib. 9. cap. 24. §. 4. in fine, me citato in hoc loco, Castro Palao dict. disp. 1. puncto 6. num. 27. Iacob. de Grassiis in decis. aureis, part. 1. lib. 2. cap. 53. num. 11. Bonac. dict. puncto 7. §. 1. num. 3. Moneta d. c. 5. quaest. 11. num. 368. Homobon. d. quaest. 123.

Capellania Sacerdotalis iudicanda est, si illius verba essent, ut in ea præsentaretur, aut nominaretur Presbyter, sive Sacerdos, quamvis non alia adessent, quæ apponi plerumque solent, nempe, qui celebret Missas, aut his similia, quia his adjunctis certior apparet resolutio: tunc enim Capellanus debet esse actus Sacerdos tempore provisionis, & impetrationis. Ita Mandol. in tract. annalium. casuum, num. 8. Dec. in cap. cum in cunctis. §. inferiora. num. 22. de judic. & conf. 129. incip. pro tenui, num. 5. Rebuff. in repet. cap. extirpanda. §. qui verò, notab. de præbendis, Spin. de testament. gloss. 4. n. 67. Perez lib. 1. vers. notabile est etiam dubium, tit. 6. lib. 1. Ordin. Gutier. conf. 1. n. 11. & conf. 2. per totum, Nicol. Garc. de benefic. p. 7. c. 1. à num. 58. Monet. de comm. c. 10. n. 45. Campanil. in divers. juris Canon. rub. 7. c. 6. n. 10. me citato in hoc loco, Castro Palao in opere moral. tom. 2. tract. 13. disput. 1. puncto 6. num. 12.

Sic † quoque si testator leget, aut statutum, vel consuetudo habeat, quod provisus de Capellania sit Sacerdos, vel Capellanus, oportet ut sit actus Sacerdos, non autem clericus tantum, ut per Zechium de Repub. Eccles. tit. de beneficiariis, num. 4. notab. vult. vers. quo verò ad Ordinem, Cardin. Thusc. præct. concl. lit. B. concl. 57.

Sic etiam † quando fundator, vel statutum diceret, quod provisus de Capellania sit Capellanus, vel Sacerdos, requiritur quod sit actus Sacerdos, cum dictio, vel, sit declarativè. Ita Zerola in praxi Episcop. part. 1. verb. beneficium §. 7. concl. 5. princip. 8. Perez de Lara de Capellaniis, lib. 2. c. 5. à n. 11. & ita sæpius in Rota decisum est † quando verba respiciunt actum præsentationis, scilicet præsentetur Presbyter, tunc præsentandus debet esse actus Sacerdos; si verò verba Presbyterum significantia prosecutionem præsentationis respiciant, ut scilicet præsentetur qui celebrare teneatur, tunc satis est, quod sit habitu Presbyter, quamvis non sit actus. Ita Gratian. dict. c. 133. n. 5. Monet. d. c. 10. quaest. 4. n. 138. & 145. & tentum fuit in d. Lucana Capellania, 4. Decembris 1585. coram D. Gyprio, & in Foroliviensi Capellania, 10. Maii 1589. coram Illustrissimo Seraphino, inter ejus impressas decis. 871. & reperitur apud Nicol. Garc. d. cap. 1. n. 66. & in d. Romana Capellania, 19. Martii, & 14. Novembris 1585. coram

coram D. Phamphilio sen. & in Parmensi jurispatr. 8. Julii 1573. coram Card. Blanchetto, quam refert hanc sententiam sequutus Aloyf. Ricc. in praxi fori Ecclesiast. resol. 339. Juvat decilio Sacra Congreg. Concilii in nova Materanensi, 8. Januarii 1618. quam refero in Collect. ad Concil. Trident. sess. 15. de reform. c. 5. n. 9. in qua fuit decilium, Sacerdotium actu requiri stante dispositione testatoris in fundatione duarum Capellaniarum, ut per beneficiatos provideantur clerici Sacerdotes, qui teneantur, & debeant Missas celebrare, & arbitrio Capituli deservire, vel ipsis impeditis, per alios substituendos à Capellanis eisdem, & à Capitulo approbandos.

41 Contrarium tamen sustinent multi Doctores summae sapientiae, & auctoritatis, resolventes, quod si jubeatur praesentari in patronatu, vel Capella absolute Presbyter Capellanus, sufficiat si praesentetur non Sacerdos, dummodo sit Clericus primae Tonsurae, & legitima aetatis, adeo ut intra annum possit Ordinem Sacerdotalem consequi, dummodò etiam verba non sint concepta negativè. Ita per text. in cap. fin. de instit. in 6. ibi: Defectus sacrorum Ordinum non repellit praesentatum quando est aetatis legitima, ut possit intra annum ordinari, &c. resolvunt Lambert. de jurepatr. part. 1. lib. 2. fol. 79. quest. 7. princip. art. 27. à num. 1. Roland. à Valle consil. 47. num. 6. nol. 1. Spin. in speculo testament. gloss. 4. principali, num. 68. Flamin. de resig. lib. 3. quest. 9. num. 4. Ceval. commun. contra communes quest. 663. n. 9. cum seqq. Joan. Baptist. Ferrer conf. 305. num. 3. ubi quod Ordo annexus beneficio censetur per modum aptitudinis requisitus, & non actu, id est non contemporanè cum ipsa electione, Gironda de privilegiorum seu exemptionum explicat. n. 1172. Gonz. ad regul. 8. Cancellaria. gloss. 5. in princip. num. 74. & à num. 104. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 133. num. 2. cum seqq. Hoieda de incom. benefic. part. 1. c. ult. num. 19. & 20. Mar. Anton. variar. resolut. lib. 1. resol. 2. & 4. Zerola in praxi Episcop. verb. Beneficium §. 7. conclus. 4. Homobon. de Bonis de examine Eccles. part. 3. tract. 14. cap. 1. quest. 3. vers. respondetur quoad primam partem, Fagundez in quinque Ecclesia precept. part. 1. lib. 3. cap. 9. num. 3. Lotter. de re benefic. lib. 2. quest. 47. num. 51. Diana resol. moral. part. 4. tract. 4. resol. 226. Quaranta in sum. Bullarii. part. 2. verb. Servitium Capellaniae, Perez de Lara dict. cap. 5. num. 16. qui post Ioan. Baptist. Ferrer. citato loco, ait quod si fundator requirit Presbyteratum, per verba affirmativa, seu mixta, incipiendo ab affirmativis, sufficit praesentare idoneum ad Presbyteratum: si verò utatur, seu incipiat à verbis negativis, seu aliàs quando verba sunt clara, debet praesentari actu Sacerdos, multis ad id impulsus rationibus, ea praesertim, quod una quaelibet persona in sua dispositione videtur velle adherere dispositioni Iuris communis, ex Bart. in l. haeredes mei, §. cum ita, n. 4. ff. ad Trebell. Afflict. decis. 44. n. 20. Decian. consil. 18. n. 20. lib. 1. in terminis nostris Perez de Lara de Capellan. lib. 2. cap. 5. à num. 20. Cavar. decis. 231. Alphons. de Leone dict. quest. 4. praxi 6. n. 26. Sed beneficium, cui est annexum Sacerdotale ministerium, impetratè à jure non vetatur, qui eo caret, licet teneatur intra annum à die possessionis requisito Ordine insigniri per cap. cum in cunctis, de elect. & clement. generalem, de aetate, & qualis. ac Concilium Trident. sess. 22. de reformat. cap. 4. & sess. 14. similiter de reformat. c. 12. Ergo sequitur, quod iste jurispatronatus institutor velle visus est, ut hujusmodi Capellanus eveheretur ad Presbyterium infra annum, & sic quod esset aptitudine, non actu Sacerdos: quam tamen sententiam declarat multipliciter Gratian. dict. c. 133. à n. 13. ut procedat dummodo per consuetudinem non servetur contrarium, quod debeat per seipsum celebrare, &

residere, quia talis consuetudo esset servanda, vel dummodo non simus in Capellanis existentibus in Ecclesiis Cathedralibus, quarum redditus consisterent in distributionibus quotidianis, nam tunc non posset deservire per substitutum in celebrando, vel residendo. Vel dummodo qualitas Sacerdotii non sit annexa beneficio actualiter ad ipsam praesentationem, nam tali casu oporteret quod tempore praesentationis sit Sacerdos.

Sed à prima sententia non est recedendum, quae 42 multis sacrae Rotae Romanae, & S. Congreg. decisionibus innitur, quas supra retulimus: ad fundamentum verò contrariae opinionis supra relatum responderetur, nequaquam illum, qui non est actu, sed aptitudine Sacerdos, dici verè, absolute, & simpliciter Sacerdotem, ut patet, & sic in eo non verificantur verba requirentia Sacerdotium, & idè allegata per Flamin. d. quest. 9. num. 36. necnon Concil. Trident. ac jura supra citata loquuntur de beneficio Sacerdotium requirente, non tamen actu: nec etiam obstat decisio Rotae relata à Gonzalez ubi proximè, n. 85. in Pampilonensi Sacrificii, 11. Februarii 1591. coram Card. Mantica, ubi fuit tentum, ut non obstante fundatione, quod ad Capellaniam praesentarentur, & instituerentur Presbyteri, illa nihilominus Capellania non sit Sacerdotalis: non solum ea ratione freti idem Mantica, & reliqui Domini Auditores in eam deflexerunt sententiam, quod per illa verba non dicatur necessarius Ordo Sacerdotalis, sed insuper quia observantia sublequens opitulata est, quandoquidem licet saepe fuissent in ea praesentati Presbyteri, aliquando tamen clerici inferiores.

Si tamen Capellania fundata sit, quod Capellanus 43 celebret, seu debeat celebrare tot Missas, tenet una sententia Capellaniam debere esse Sacerdotalem actu, ex eo quod fundator volens, quod Capellanus Missas debeat celebrare, videtur voluisse praesentandum esse Sacerdotem, ut illas possit celebrare. Ita Perez d. l. 1. gloss. 2. ad finem, vers. notabile etiam est dubium, Quintanadu. Ecclesiasticon lib. 4. num. 67. Guzier. consil. 1. num. 11. & conf. 2. n. 15. Fr. Emman. quest. Regularium tom. 2. quest. 122. art. 2. ad finem. Alii dicunt per onus celebrandi injunctum, Capellaniam esse Sacerdotalem, non tamen actu, sed aptitudine, ex quorum numero sunt Spin. d. gloss. 4. num. 68. Ceval. d. q. 693. à num. 6. & Parlad. differ. 120. à num. 14. & faciunt quae Azor. part. 2. lib. 6. cap. 24. q. 3. & 4. quatenus refert procedere in fundatione personae Ecclesiasticae, & primam asserit locum habere in fundatione laici. Sed verior sententia est Capellaniam non esse Sacerdotalem, neque actu, neque aptitudine, ex eo quod in fundatione dicatur Capellanum debere celebrare Missas, seu divina Officia, sed posse provideri simplici clerico 14. annorum Ita Sa verb. Beneficium, n. 18. & verb. Residentia, n. 10. Nicol. Garc. de benefic. part. 7. cap. 1. num. 85. me citato in hoc loco Castr. Palao d. punct. 6. num. 18. in princ. Monet. de commut. ultim. volunt. cap. 10. num. 140. & 143. Azor. p. 2. lib. 3. cap. 8. quest. 5. ad finem, dicens nunc consuetudine receptum esse, ut Capellani simplex tantum beneficium habentes liberi sint ab obligatione residendi, asserensque hoc tamen locum habere in his Capellanis, quibus nullum praescriptum residendi est impositum ex peculiari ipsarum institutione, vel statuto, seu consuetudine speciali. Azeved. consil. 20. à num. 4. Perez de Lara dict. lib. 1. c. 7. numer. 7. & c. 8. num. 42. me citato in hoc loco. novissimè Alphons. de Leone d. qu. 4. praxi 6. num. 212. & quia elegans stat pro hac parte Rotae Rom. decisio in Roman. Capellania, die Luna 23. Janvar. 1589. coram Card. Phamphilio sen. aliqua illius verba hic sunt scribenda, & sequantur. Domini attentè resolutione illustrissimorum

Dominorum sacri Concilii interpretum in causa Pistoriensis, quod presentandus necessario non debet esse Presbyter, ex eo quod in fundatione dicatur, Capellanum debere celebrare divina officia, quia juxta allegat. Lap. 35. nisi expresse caveatur, quod per seipsum hoc agat satis censetur provisum voluntati testatoris, si per alium divina celebrare faciat, ad reg. qui per alium facit, &c. & tradit Card. in cap. de multa, in fine, vers. quinto quero, de prabend. Reverserunt à resolutis in hac causa, & dixerunt Capellaniam non esse Sacerdotalem, quia ex verbis fundationis non adstringitur Capellanus ad deservendum Capella in divinis, & Missas celebrandas per seipsum; & cum simus in beneficio simplici, in quo ex generali quadam totius Orbis consuetudine non requiritur residentia, ut post Card. tradit Imol. in cap. fin. num. 9. de cler. non resid. sufficere quod deserviat per substitutum, ad notata in cap. super eo, de prabend. in 6. Lap. d. alleg. 35. num. 4. cap. 117. sub n. 2. Card. d. cap. de multa, in fin. Decius in cap. cum omnes, in 2. dec. n. 55 de constit. cum aliis allegatis, &c. Quam decisionem refert Marius Antonin. resol. variar. lib. 1. resol. 4. in fin.

44 Ex qua collige t Capellaniam non requirere residentiam personalem, cui est annexum onus celebrandi certas Missas singulis hebdomadis, cum possit per substitutum deserviri. Ita Zerol. in praxi Episcop. part. 1. verb. Beneficia, §. 8. pag. 51. Aloyf. Ricc. in praxi fori Ecclesiastici, decis. 399. in 1. edit. & resol. 337. in 2. edit. Azor. dict. cap. 8. quest. 6. Gonzal. dict. gloss. 5. num. 89. ubi n. 110. limitat, nisi expresse contrarium esset dispositum in fundatione: limitat etiam n. 108. in Capellaniis existentibus in Ecclesiis Cathedralibus, quarum redditus consistere in distributionibus quotidianis; nam tunc non posset deserviri per substitutum in celebrando, neque residendo. Ita Grat. dict. cap. 133. à num. 13. Et licet idem Gonzal. ubi supra, n. 107. asserat consuetudine legitime introducta posse Capellaniam fieri residentialem; melius tamen contrarium sequeretur cum Aloyf. Ricc. dict. resolut. 337. in fin. ubi dicit, quod Capellanus ex eo quod gesserit actum gratuitum in ejus libertate consistentem, nulla potest dici acquisita servitus residendi, juxta resoluta per Cyn. in l. 2. quest. 3. Cod. qua sit longa consuetudo, Bald. in l. 1. Cod. de servitutibus, & aqua, Abb. in cap. quod translationem, col. 2. de officio legati. Vide bonam decisionem Rotæ in Aquilana Capellania, 26. Martii 1629. coram R. P. D. Merlino, & Alphonsum à Leone dict. quest. 4. praxi 6. num. 217. cum seqq.

45 Utrum verò ex consensu patroni possit Episcopus proua vice Capellaniam requirentem actu Presbyteratum non Presbytero conferre? Posse tenent Lambert. de jure patron. lib. 2. part. 7. quest. princ. art. 30. n. 11. & q. 10. art. 10. Zerol. in praxi Episcop. part. 1. verb. Beneficia, §. 7. vers. tertia conclusio fallit, & verb. Jus patronatus, vers. decimo quinto dubio, Perez de Lara de Capell. lib. 2. c. 5. à n. 28. Seraphin. decis. 871. n. 4. Anton. Diana moral. resol. part. 4. tract. 4. resol. 227. vers. & tandem. Conditio namque apposita in fundatione potest mutari cum consensu Episcopi, & patroni, Milis in repert. verb. Patronus, Roch. de jure patro. in verb. Pro eo quod Dioecesanus, n. 32. cum seqq. Perez de Lara d. c. 5. n. 30.

46 Verum contrarium, imò non posse Episcopum cum consensu patroni dispensare etiam pro una vice contra ordinationem fundatoris, verius mihi videtur, ex Clem. quia contingit, de relig. domib. & tenent Azeved. l. 5. n. 2. tit. 6. lib. 1. nova recopil. ubi testatur se jam vidisse per Cancellariam Pincianam in gradu de fuerza, jussum annullari similem provisionem de patroni consensu per Episcopum factam contra fundationis qualitates, & quod observarentur qualitates

illius, & secundum eandem formam iterum provideretur, licet aliter sentire videatur consil. 16. num. 35. Gutier. consil. 1. num. 19. Francisc. de Carpi de executor. testament. lib. 3. c. 4. num. 34. novissime Marcel. Vulpe in praxi jud. cap. 49. num. 25. Nicol. Garc. de benefic. part. 7. cap. 1. n. 107. ubi reddit rationem, quia text. in dict. Clem. quia contingit, generaliter loquitur, & non probatur jure, quod in uno casu auctoritate Episcopi possunt relaxari disposita per fundatorem. Monet. de commut. ultim. volunt. c. 5. num. 302. Caltrus Palao in sum. morali. tom. 2. tract. 13. disput. 1. punct. 6. num. 22. Et favet dispositio Concil. Trident. sess. 25. de reformat. cap. 5. dum decidit non posse jam Episcopum tollere qualitates appositas in fundationibus beneficiorum, super quo sacra Congregatio Concilii, quam refert Nicol. Garc. d. part. 7. c. 1. n. 99. vers. quarto, ubi num. 112. vers. secundo, censuit nec de consensu patronorum posse Episcopum dispensare cum minore 25. annis ad Capellam simplicem obtinendam, ad quam ex fundatione est presentandus Sacerdos.

Superest nunc ut videamus, an & quando Capellania sit incompatibilis cum alio beneficio residentiam requirentem? In quo dubio vera sententia tenet Capellaniam fundatam cum onere celebrandi non esse effectam residentialem, cum sufficiat quod in tali Ecclesia Missæ, & divina Officia celebrentur per alium, nec ob id est electa industria personæ, cum possit per quemlibet Sacerdotem explicari. Ita Hojed. de incomp. benef. p. 2. c. 1. n. 2. Sanch. in opusc. moral. lib. 7. cap. 1. dub. 48. n. 14. Steph. Gratian. March. det. 155. n. 4. cum seqq. & à discept. 133. à nu. 16. ad n. 19. cum Navar. & Gonzal. tenet quod ut dicatur beneficium sub eodem tecto ad inducendam incompatibilitatem, est necessarium utrumque beneficium requirere idem ministerium in eodem loco, & Capella, ita ut Beneficiati, & Capellani convenire deb. an in ubi, & faciant eadem munera, secus si Capellanix essent intra eandem Ecclesiam institutæ ad diversas causas, & fines diversos, & ad faciendam separatam congregationem. Unde sacra Congregat. Concil. de qua in meis Collect. ad Concil. Trident. sess. 7. de reformat. c. 4. num. 10. censuit quod Capellania habens onus celebrandi certas Missas, & coadjuvandi in cura animarum Ecclesie Plebanatus, est beneficium incompatibile cum alio beneficio personalem residentiam requirentem. Et in eadem S. Congreg. Ferrar. 4. Decembr. 1627. fuit resolutum, quod Capellanus in Ecclesia Cathedrali teneatur ad residentiam, stante fundatione sue Capellæ cum onere quarundam Missarum, & interveniendi in choro.

Plura de sacrificio Missæ, de ejus effectibus, valore & partibus, tempore, loco, & quibus vestibus, ac vasis sit celebrandum, & quando fideles ejus præcepto satisfaciant, vide apud Innoc. III. Mich. Timoth. Ioan. Baptistam Scott. Alexand. Alenf. Antonium Houcal. & Martin. de Friaz in suis tract. de sacrificio Missæ, Floron. in exposit. Missæ Serran. Episc. Arcenen. in exposit. Missæ sacrosanctæ. Ragul. de Missa in Ecclesia, Iodocum Coccium tom. 2. thesauri Catholici, lib. 6. art. 4. ubi plures auctoritates ex sacris scripturis, Græcis, & Latinis Patribus diligenter refert, Repert. Inquisit. verb. Missa, Caiet. in opusc. de sacrificio Missæ, Bart. ab Angelo in examin. Confess. dialog. 5. de Missa, Card. Bellarm. in controvers. Cathol. lib. 1. de Missa, Sot. lib. 9. de Justit. quest. 2. art. 1. Fr. Emman. in sum. tom. 1. c. 242. de Missa, Henriq. in sum. lib. 9. de vero Missa Sacrificio, Gabr. Valq. in 3. p. S. Thom. 3. q. 85. disp. 220 cum seqq. Coninch. d. quest. 83. & ibi. Nugnus Jacob. de Graff. in aureis decis. p. 1. lib. 2. c. 39 cum seqq. Domin. Chamet in tract. de septem Sacr. nova Legis tract. 4. de Euchar. sit. de Sacrificio Missæ, Nald. verb. Missa, Azor.

Azor. instit. moral. part. 1. lib. 10. c. 18. cum seq. Luc. pinel. tract. de Missa, Mich. Zanar. p. 1. direct. Theolog. de Eucharistia, c. 13. de Missa, Joan. Domit. Montag. nol. in disput. de valore Missa, Binsfeld. Enchirid. Theolog. past. de Sacram. Eucharist. cap. 6. Miranda in manuali Pralat. part. 1. quest. 40. cum sequenti, Suar. tom. 3. disp. 82. Sà in aphor. verb. Missa, Galet. in margar. casuum conscientia, eodem verbo, Læ. Zech. de Sacram. tract. de Missa, Card. Tolet. in instruct. conscientia, lib. 2. Francisc. de Pitigianis de Sacram. distinct. 13. Petr. de Ledesm. in sum. part. 1. de Sacram. Eucharist. c. 17. cum seqq. Balduin. Iun. super opera controversarum Bellarmini. part. 2. lib. 4. Valet. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 29. n. 143. cum seqq. Fernandez in examine Theologie moralis, part. 3. c. 5. de Sacrificio Missa, Vincent. Filliuc. quest. moral. tract. 5. Molfes. in sum. moralis, Theolog. tract. 1. c. 9. cum seqq. Bonac. de Sacram. disp. 4. quest. ult. Ioan. Baptista Bertis de Missa, Paul. Fraxinel. de Sacerdotum obligationib. ad Missas pro aliis ex iustitia celebrandas, Vincent. Ferdin. in mixt. sup. de Sacrific. Missa. ad c. cum frangitur, de consecr. dist. 2. p. 4. Ioan. Possevin. de officio Curat. c. 2. Ant. Ruteum de fructu Sacrificii Missa.

ALLEGATIO XXV.

Episcopi approbatio an, & quando requiratur, ut Sacerdos Christi fidelium Confessiones audire valeat.

SUMMARIUM.

- 1 Sacerdos ex vi sua institutionis, & Ordinis Sacerdotalis non est sufficiens, ac idoneus minister Sacramenti Pœnitentiæ antequam talis approbetur ab Episcopo.
- 2 Verbum non posse, indicat carentiam, & actum contra gestum omnino reddit nullum.
- 3 Confessiones invalidè audit non approbatus.
- 4 Confessario non approbato ignoranter confessus quoad Deum est absolutus.
- 5 Confessarius qui absolvit sine sufficienti jurisdictione ad quid teneatur.
- 6 Sacerdos ut invalidè administret Sacramentum Pœnitentiæ laicis, aut clericis, debet esse per examen, aut alia ratione approbatus ab Episcopo, saltem electo, licet nondum consecrato.
- 7 Archiepiscopus dum actus visitat, potest absolvere subditos suffragancorum, tam per se, quam per alios.
- 8 Vicarius Episcopi potest ex generali commissione facultatem audiendi Confessiones aliis concedere.
- 9 Abbates saculares exempti habentes jurisdictionem, quasi Episcopalem possunt Sacerdotes sibi subditos ad audiendas Confessiones approbare.
- 10 Capitulum Sede vacante potest approbare, & exponere Confessores per Vicarium à se electum.
- 11 Licentia audiendi Confessiones debet gratis dari.
- 12 Curam animarum ad tempus mandans alicui Episcopus sciens, & volens, censetur illum approbare.
- 13 Approbare aliquem Sacerdotem ad administranda Sacramenta, idem est, atque illum approbare ad Confessiones audiendas.
- 14 Doctores, ac Lectores in Theologia, vel iure Canonica, famosi que predicatores tenentur petere ab Episc. approbationem ad audiendas Confessiones.
- 15 Doctores insignes licentiam petentes ad audiendas Confessiones, non censentur approbati, quamvis illis injustè negetur.
- 16 Approbatus ad audiendas Confessiones reputatur

- ille qui habuerit actu Parochiale beneficium, & non sufficit habuisse.
- 17 Parochialis beneficii nomine quid veniat, ostenditur.
 - 18 Provisus de Parochiali Ecclesia per concursum, censetur approbatus idoneus minister ad audiendas Confessiones duntaxat in ea Civitate, vel oppido ubi sita est Parochia.
 - 19 Provisus de Parochiali, an sit ubique intra eandem Diocesium eligibilis virtute Iubilæi ad Confessiones audiendas.
 - 20 Episcopi vigore privilegii, de quo in cap. ult. de pœnit. in suum Confessarium eligere an possint Sacerdotem sibi non subditum, qui à proprio Ordinario non fuerit approbatus, & n. 21. ubi resolvitur negativè.
 - 22 Approbatio ad audiendas confessiones non requiritur, nisi fiat in scriptis.
 - 23 Sacerdos invalidè Sacramentum Pœnitentiæ administret credens Superiorem ratam habere absolutionem de futuro.
 - 24 Sacerdotes Confessionis ministros nullus præter Episcopum approbare potest.
 - 25 Parochus non potest alicui Sacerdoti non approbato dare facultatem audiendi Confessiones suorum subditorum.
 - 26 Approbatio ad Confessiones audiendas cuius Episcopi sit necessaria, valde dubium est.
 - 27 Sufficere cuiuscumque Episcopi, probatur secundum unam opinionem.
 - 28 Approbationem Episcopi ipsius pœnitentis requiritur secundum alteram opinionem, ostenditur.
 - 29 Approbationem Episcopi ipsius Confessoris necessarium esse, secundum tertiam sententiam refertur.
 - 30 Approbationem Episcopi illius loci in quo sit Confessio, necessariam esse tenet probabilior sententia.
 - 31 Parochus proprius quoad Sacramentalem confessionem ille dicitur, in cuius Parochia pœnitentes habitant de presenti.
 - 32 Scholares dimisso Sacerdote in patria, possunt in loco studii confiteri.
 - 33 Pœnitens, qui virtute Iubilæi, vel alterius privilegii facultatem habet eligendi Confessarium approbatum ab Ordinario, non potest eligere Confessarium approbatum ab Ordinario alterius Diocesis: & n. 34. Pro contraria sententia referuntur Doctores.
 - 35 Confessarium eligendi facultatem habens ab Ordinario approbatum, potest eligere Confessarium ab Ordinario propria Diocesis approbatum ad certum numerum personarum.
 - 36 Parochus existens extra territorium potest absolvere parochianum suum confiteri volentem.
 - 37 Pœnitentiale forum in loco velicti non sortitur.
 - 38 Parochus potest Confessiones audire suorum subditorum in aliena Diocesi.
 - 39 Intrusus in beneficio sine auctoritate superioris, an habeat jurisdictionem sufficientem, ita ut confessio illi facta à suis subditis non sit iteranda ostenditur.
 - 40 Approbatus ab Episcopo absque iudicio, sciente non esse idoneum, non censetur approbari.
 - 41 Confessarium non solum interius iudicare idoneum debet Episcopus, sed etiam exterius approbare.
 - 42 Approbare potest Episcopus quemcumque Sacerdotem ad Confessiones audiendas absque ullo examine.
 - 43 Licentia delegata audiendi Confessiones non expirat mortuo, vel amoto delegante.
 - 44 Religiosus qui semel fuit generaliter approbatus, si recedat à Diocesi in qua fuit simpliciter approbatus, & postea iterum redeat, non tenetur novam

- quarere approbationem, dummodo Episcopus facultatem non revocet.
- 45 Regulares indigent approbatione Episcopi; si Sæcularium tantum, quamvis Sacerdotum peccata audire cupiant.
- 46 Lectores Regulares petentes licentiam audiendi sæcularium Confessiones, possunt ab Episcopis, si voluerint, examinari.
- 47 Clem. dudum, de sepult. an sit derogata per Concil. Trid. ostenditur.
- 48 Ordinatio Pii V. de Regularibus semel per Episcopum prævio examine ad audiendas Confessiones approbata, & iterum non examinanda ab eodemmet, non est revocata per reductionem privilegiorum Regularium ad terminos Concilii Tridentini.
- 49 Successor in Episcopatu potest vocare ad examen omnes approbatos, quamvis simpliciter, & quos idoneos minimè invenerit, rejicere.
- 50 Regulares Confessarii ab Ordinariis semel approbati non possunt ab ipsis ab audiendis Confessionibus suspendi, nisi ex nova causa, eaque ad Confessiones ipsas pertinente.
- 51 Approbationes generaliter & indistinctè, vel determinatè ad locum, seu tempus quomodo danda, ostenditur.
- 52 Regularium jurisdictio ad audiendas Confessiones restringitur, seu dilatatur per ipsam approbationem Ordinariorum.
- 53 Licentia ad audiendas Confessiones sub conditione data, illa non impleta, cessat facultas.
- 54 Regulares semel approbati extra Diocesim Episcopi approbantis possunt Confessiones audire.
- 55 Licentia concessa ab Episcopo pro audiendis Confessionibus ad sui arbitrium, potest per illum revocari.
- 56 Gratia ad beneplacitum Papa, vel Regis, morte Pontificis, vel Regis expirat.
- 57 Approbatio Sacerdotibus Sæcularibus semel per Episcopos impensa, an possit revocari quoties Episcopi voluerint, ostenditur.
- 58 Sacerdos qui ex commissione, & delegatione speciali Episcopi potest audire Confessiones, dum est excommunicatus communiter occultus, validè absolutionem præstat illi, qui hujus excommunicationis ignarus non est, & ostenditur n. 60.
- 59 Gesta per Iudicem delegatum putativum non sustinentur ex errore communi.
- 61 Extravag. ad evitanda scandala, Martini V. declaratur.
- 62 Absolutio Sacramentalis invalida est præstita ab eo qui huic ministerio propria auctoritate se injecit, absque approbatione legitimi superioris.
- 63 Error communis ad validitatem gestorum non sufficit, sed ulterius oportet ut illum præcesserit titulus officii exerciti.
- 64 Regulares non indigent approbatione Episcopi ad audiendas Confessiones cum Regularium peccata audire cupiunt.
- 65 Religiosi Confessores non approbati ab Episcopo, sæcularium qui sunt de familia suorum Monasteriorum, Confessiones audire non possunt.
- 66 Regularis extra Religionem confiteri non potest tempore Jubilæi, quo ei conceditur facultas eligendi quemcumque idoneum Confessorem.
- 67 Confessarius Religiosus ex deputatis à Prælato, vel electus virtute Bullæ Cruciatæ, vel alicujus Jubilæi ab alio Religioso ejusdem Monasterii pro aliquo casu Sedi Apost. reservato, an teneatur etiam approbari, ab Episcopo ostenditur.
- 68 Confessores in Monasteriis Monialium, quæ sub cura Regularium sunt, non examinantur ab Episcopo

- 69 Episcopus an possit dare Confessorem Monialibus subjectis Regularibus, quem scilicet voluerit, etiam alterius Ordinis, & à Superiore tantum examinatum, ostenditur. & refertur S. Congregat. decisio, num. 1099.
- 78 Sacerdos quilibet absque sui Episcopi licentia potest in probabili mortis periculo à quibusvis peccatis absolvere.
- 79 Licet sit degradatus excommunicatus, irregularis, vel hæreticus.
- 80 Etiam si adsit Superior, vel de facili possit haberi.
- 81 Mortis articulus dicitur non solum periculum mortis provensens ex infirmitate, sed quodlibet probabile mortis periculum instans.
- 82 Doctores de Confessione agentes referuntur.



ON omnis Sacerdos ex vi suæ institutionis, & Ordinis Sacerdot. alis per se loquendo est de Jure divino sufficiens, & idoneus minister Sacramenti Pœnitentiæ: requiritur adhuc jurisdictio, ut validè illud administret, cum nullus absque illa judiciales actus valeat exercere. Jurisdictio autem non conceditur antequam Sacerdos approbetur idoneus ab Episcopo per examen, aut etiam alia ratione, ut habetur in Concil. Trid. sess. 24. c. 7. dum ait nullius momenti absolutionem esse, quam Sacerdos in eum profert, in quem ordinariam, aut subdelegatam non habet jurisdictionem: idem colligitur ex eodem Concil. sess. 23. de reform. c. 15. ubi dicitur, nullum posse Confessiones Sæcularium audire, nisi sit approbatus. Ita docent Suar. tom. 4. disp. 28. sect. 4. n. 9. Valq. tom. 3. disp. 2. n. 55. & seq. Chamer. de Sacram. tract. 7. de Confess. dub. 12 pag. 477. Sanch. de Matrim. lib. 3. disp. 29. n. 15. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 1. n. 169. cum seqq. Fagund. in quinque Ecclesia præcepta, præc. 1. l. 7. c. 1. à n. 14. Steph. Davila de potest. Episc. c. 23. n. 5. ubi ait Sacerdotem non approbatum si tentet hoc conficere Sacramentum, nihil facere non solum per accidens ob indispositionem, & malam conscientiam pœnitentis, sed etiam per se ex defectu potestatis in Confessario, & c. 2. n. 7. Trullench. in exposit. Bullæ S. Cruciatæ, l. 1. §. 7. c. 1. dub. 1. Ioan. Lugo de Pœnit. disp. 5. sect. 2. n. 16. cum seq. Ioan. Molan. in compend. Theol. part. 1. c. 11. concl. 1. n. 2. Zambel. in rep. morali, verb. Confessor quoad auctoritatem, n. 5. Franc. Zyp. in consult. Canon. l. 5. tit. de Pœnit. & remiss. com. 2. Dian. moral. resol. part. 6. tract. 6. resol. 52.

Ex eoque confirmatur, quia Concil. d. c. 15. utitur particula illa, non posse, quæ cum sit negatio potentia, indicat carentiam jurisdictionis, & actum contra gestum omnino redit nullum, ut tenent citati per me de dictionibus usufrequent. dict. 268. num. 2. nam licet in ipsa Ordinis susceptione Presbyteri, duplicem recipiant potestatem alteram Sacrificandi pro vivis, & defunctis, alteram absolventi à peccatis, Valent. tom. 4. disp. 7. q. 16. puncto 2. Aëgid. Conincha de Sacram. disp. 8. n. 2. Ioan. Sanch. in select. 9. 40. à princip. Suar. in part. 3. tom. 4. disp. 25. sect. 1. ex n. 7. Torreblanca novissimè in practicab. Iuris spirit. lib. 14. c. 1. n. 12. nihilominus licet potestas absolventi à peccatis habitualiter sit cum potestate Ordinis, non tamen manet actualiter usquedum superadditur explicatio subjecti circa quem exerceatur, Navar. in cap. placuit. de pœnit. distinct. 6. n. 8. Suar. d. tom. 4. disp. 9. sect. 3. Torreblanca d. l. 14. cap. 1. n. 13. & c. 4. à n. 8.

Quare non approbatum invalidè confessiones audire, resolvunt Sanch. de matrim. lib. 1. disp. 38. num. 20. Aëgid. Conincha. de Sacram. tom. 2. disput. 8. num. 49. Coriolan. de casibus reservat. part. 1. sect. 1. art. 20. num. 2. Lauret. de Franchis in controvers.

inter Episc. & Regul pag. 28. ad S. & decisum fuisse de anno 1580. ad petitionem examinatorum Dicecesis Leodien. testantur Chapeau. de casibus reserv. c. 3. q. 1. Pialec. in praxi Episc. p. 2. c. 1. n. 9. pag. 92. Paul. Santo de casibus Papalib. & Episc. cap. 1. n. 28. Ioan. Valet. de different. inter utrumque forum, verb. Nullitas, differ. 5. n. 1. Campan. in divers. Juris, Canon. rub. 12. c. 13. n. 62. novissime me citato in hoc loco, Boss. de triplici Iubilaei privilegio, sect. 3. casu 2. n. 79. & Torreblanca d. lib. 14. c. 1. n. 11. Unde iterum iam esse Confessionem factam cum Confessario, qui cum falsa licentia Ordinarii excipit aliorum Confessiones, resolvunt Säch. de Matrim. lib. 3. disp. 22. q. 2. Megala in 1. p. lib. 5. c. 19. n. 12. Homobon. de examine Eccles. p. 1. tract. 5. c. 3. q. 30. Ad quod notabis S. D. N. Urban. VIII. revocasse indulta ac privilegia omnia etiam per modum communicationis concessa Militibus, Hospitalibus, Collegiis, Capitulis, Religionibus, Societatibus, Congregationibus & Ordinibus quibusvis, tam Mendicantibus, quam non Mendicantibus, cæterisque locis piis, & eorum sive earum respectivè personis audiendi secularium personarum Confessiones absque Ordinarii examinatione & approbatione, ut in sua Constit. incip. Cum sicut accepimus, sub dat. die 12. Septembr. 1628. quam refert Laurent. de Franchis in contrav. inter Episc. & Regul. pag. 272. cum seqq.

4 Ille qui sic confessarius non approbato ignoranter confessus fuerit, ob fidem, quam habuit in Sacramento, quoad Deum est absolutus, & si deinde sciverit confessarium illum non esse approbatum, vel requiri approbationem, tenetur reiterare Confessionem prout decisum refert Ioan. Valet. differ. inter utrumque forum, verb. Nullitas differ. 5. num. 2. Molfes. in sum. Theologia moralis, tract. 7. c. 13. n. 10. Stephan. Davila d. cap. 23. n. 5. vers. qua in re, ubi advertit pro pœnitentibus hoc in negotio simpliciter, & bona fide procedentibus, nihil quidem fieri virtute jurisdictionis ex parte ministrantis, sed bene ex parte Dei miserentis, & bonam intentionem pœnitentis, & contritionem attendentis, & approbantis.

5 † Confessarius verò, qui absolvit sine sufficienti jurisdictione, ad quid teneatur, & quomodo hunc defectum supplere possit? Vide Sot. in 4. dist. 18. q. 4. art. 6. Corbub. in sum. q. 7. Navar. in c. 1. de pœnit. dist. 6. latè Coriolan. d. p. 1. sect. 2. art. 19. n. 3. & 4. & qualiter puniuntur? Vide Laurent. de Franchis dicto loco pag. 281.

6 Quapropter Sacerdos, ut validè administret Pœnitentiæ Sacramentum Laicis, aut Clericis, debet esse per examen, aut alia ratione approbatus ab Episcopo habente jurisdictionem, juxta Concil. Trident. in d. c. 15. sufficit autem quod Episcopus electus, licet nondum consecratus, committat alicui jurisdictionem ad absolvendum suos subditos, quia hujusmodi commissio pertinet ad potestatem jurisdictionis, quam Episcopus electus jam habet. Ita Sot. d. q. 4. art. 2. Chamerot. ubi supra, dub. 15. Fagundez dict. lib. 7. c. 2. n. 47. noviss. Boss. de triplici Iubilaei privilegio, sect. 3. casu 2. n. 59. ubi n. 64. cum seqq. differit quid dicendum si Episcopus sit excommunicatus non toleratus, & suspensus ab officio, & jurisdictione. Novissime Pastor Joannes Machad. indefessi studii, in libro del Perfetto confessor, y Cura de almas, lib. 1. p. 1. tract. 3. docum. 3. à princ.

7 Archiepiscopum, dum actu visitat, posse absolvere subditos Suffraganeorum, tam per se, quam per alios post Sylvest. & alios docent Suar. tom. 4. disput. 25. sect. 1. num. 14. Valet. Reginald. d. lib. 1. n. 34. Aegid. de Coninch. d. disp. 8. n. 21. vers. nota Archiepiscopum, Quarant. in summ. Bullarii, verb. Archiep. auctoritas, vers. 33. Molfes. in sum. Theologia moralis, tract. 7. c. 14. n. 75.

Vicarium Episcopi posse ex generali commissione facultatem Confessiones audiendi aliis concedere, tenent Sanch. de Matrim. lib. 3. disp. 29. num. 14. cum seqq. Campanil. in divers. Juris Canon. rub. 12. cap. 13. a num. 73. Narbona de appell. à Vicario ad Episcopum part. 1. num. 203. Monct. de commut. ultim. volunt. cap. 7. num. 4. Boss. d. sect. 3. casu 3. n. 60. ubi limitat in Vicario foraneo, Torreblanca d. lib. 14. c. 2. num. 13.

9 Abbates, seculares, & Priores magni exempti, qui in suas oves habent jurisdictionem quasi Episcopalem, ut in Lusitania est Prælati Thomariensis, & Prior, seu Vicarius Generalis Prioris Cratensis Ordinis S. Joannis Hospitalitii, & in Castella Abbas Compluti Regii, & Merinæ Campestris, comprehenduntur sub nomine Episcopi in præsentem, ut citatis Henriq. & Suar. observant Campanil. dict. c. 13. num. 76. Fagundez d. lib. 7. c. 2. num. 55. Aloyf. Ricc. in decis. Curia Archiepisc. Neapol. decis. 22. n. 4. p. 4. & in sua praxi aurea, resol. 301. Tamburin. de jure Abbatum tom. 4. disp. 6. q. 11. latè Boss. d. sect. 3. casu 2. n. 62. cum seq. & censuit Rot. apud Farinac. decis. 332. p. 1. recent. & quod Priores de Velez & Meri a habeant jurisdictionem approbandi Confessarios pro secularibus, docent Ioan. de la Cruz in sum. de Sacr. pœnit. dub. 6. concl. 3. fol. 197. & dub. 8. concl. 4. & Ioan. Sanch. in select. disp. 49. n. 9. in fine. An autem peccet Episcopus excommunicatus toleratus, suspensusve ab officio Sacerdotes approbans in confessariis juxta formam Concilii d. c. 15. Vide Fagundez dict. c. 3. num. 53.

10 Capitulum Sede vacante potest approbare, & exponere Confessores per Vicarium à se electum, cum succedat in omni jurisdictione Episcopo competente præter casus in iure expressos, & hic actus approbandi non est actus formaliter Ordinis, & dignitatis Episcopalis, sed jurisdictionis ordinariæ. Ita Suar. d. disp. 28. sect. 5. num. 2. Henriq. lib. 3. de Pœnit. c. 6. in princ. Fagundez d. c. 2. n. 54. Campanil. d. c. 13. n. 74. Marchin. in tract. temp. pestilent. p. 5. c. 4. num. 15. Boss. d. sect. 3. casu 2. num. 61. Torreblanca d. lib. 14. cap. 2. num. 15.

11 Gratis oportere concedi hujusmodi licentias, refert decisum Armédar. uti addit. ad recopil. legum Navar. lib. 1. tit. 18. l. 7. de Episcopis, num. 10. resp. 5. Restat adhuc dubium non contemnendum, an verba illa Concil. Trident. in d. c. 15. ibi, qua gratis dicitur, in quibus prohibetur hujusmodi approbationem dari pro pretio, aut pecunia, ita sint substantialia, ut si fortè pro pecunia obtineatur, nulla proflus sit? In quo dubio Suar. d. tom. 4. disp. 28. sect. 5. n. 10. in fine, quem refert, & sequitur Fagundez d. lib. 7. c. 2. n. 66. respondet in illis verbis solum contineri præceptum, quo præcipitur Episcopis, ut hujusmodi approbationem gratis impendant; non contineri verò conditionem necessariam, quia non servata non valeat approbatio: hoc enim nec verba declarant, nec esset necessarium, nec fortè expedirens; unde verba illa, gratis datur, exponuntur præceptivè, ut dictum est: erit ergo ex suo genere peccatum mortale, veniale tamen poterit esse si aliquid pro illa ita exiguum datur, ut ad materiam peccati mortalis non perveniat. An si quis petat licentiam per alium ut Confessiones audire possit, valide eas audiat, antequam sciat licentiam esse concessam, esto Confessiones audiat post hujusmodi concessionem? Vide Fr. Ludov. à Cive in exposit. Bulla Crue. disp. 1. c. 2. dub. 21. à num. 1. ubi à num. 6. disputat an talis licentia si extorqueatur, sit valida, & à num. 8. an sit valida licentia ab Ordinario impetrata dolo, & mendaciis? Pro faciliiori præsentis materiæ declaratione aliqua duxi observanda prout sequitur.

12 Primò observandum est, Episcopum censerì sufficienter aliquem approbare eo ipso quod sciens, & volens mandat alicui curam animarum ad tempus, ut si instituat aliquem Parochi Vicarium ad tempus, vel mandet ut Confessiones audiat, etiam si illum non subjecerit examini, modò ipsum credat idoneum, & sufficientem ad hoc munus suscipiendum. Ita Valer. Reginald. d. lib. 1. n. 107. Ægid. Coninch. d. disp. 8. num. 49. Aloyf. Ricc. in praxi aurea, resol. 21. novissimè Boss. d. sect. 3. c. 2. n. 48.

13 Illud autem advertere oportet, idem esse approbare aliquem Sacerdotem ad administranda Sacramenta, atque illum approbare ad Confessiones audiendas unde cum Episcopus ita dicit, *Approbamus N. ad administranda Sacramenta in hac nostra diœcesi, vel in tali, aut tali loco, seu parochia*, solummodò hæc approbatio intelligitur de Sacramentis Pœnitentiæ & Eucharistiæ, quæ sunt Sacramenta maximæ necessitatis; non autem de aliis Sacramentis Matrimonii, Unctionis, &c. Ita Henriq. lib. 11. c. 3. §. 5. Sanch. de Matrim. lib. 3. disp. 35. n. 8. quos refert Fagundez dict. lib. 7. c. 3. n. 6.

14 Utrùm autem Doctores, Lectores, & Licentiati in Sacra Theologia, vel Jure Canonico, famosi que Prædicatores, de quorum scientia constat per publicam facti, & doctrinæ evidentiam, teneantur hanc approbationem petere ab Episcopis, sive Sæculares Sacerdotes sint, sive Regulares, ut idonei Confessarii evadant, & an ii etiam in decreto Concilii d. c. 15. comprehendantur? Solet in hac materia aliquibus in dubium revocari, in quo communis sententia tenet prædictos omnes indigere suorum Episcoporum approbatione, & comprehendi sub dicto decreto Concilii Tridentini. Ita Henriq. lib. 3. de pœnit. cap. 6. §. 2. Ægid. de Coninch. d. disp. 8. dub. 7. n. 49. Suar. d. disp. 28. sect. 4. num. 3. Gutier. canon. lib. 1. c. 6. n. 9. Menoch. de arbitr. casu 465. Fr. Emman. in explicat. Bullæ Cruciate, §. 9. n. 4. in fine, Fagundez d. lib. 7. c. 2. n. 68. cum seqq. Boss. d. sect. 3. casu 2. §. 1. n. 32. novissimè me citato in hoc loco, Ioan. de Solorzano de jure Indiarum tom. 2. lib. 3. c. 8. n. 29.

15 Hinc fit, ut si aliquis Doctor, vel in Sacra Theologia insignis professor licentiam petierit, & injustè ex odio, vel malevolentia ei negetur, non censeatur approbatus, per ea quæ tradunt Suar. d. disp. 28. sect. 5. à num. 5. Valer. Reginald. dict. lib. 1. num. 192. Ægid. de Coninch. d. disput. 8. num. 68. Fernandez in examine Theologia moralis. p. 3. c. 9. §. 8. num. 2. Tamburin. de jure Abbatum tom. 2. disp. 6. q. 12. num. 6. Joan. Valer. de different. inter utrumque forum, verb. nullitas, differ. 5. n. 2. & in Clericis sæcularibus admittit Fagundez d. lib. 7. c. 2. num. 58. Sanc. in select. c. 48. n. 16. Filliuc. tom. 1. tract. 7. c. 9. num. 257. Trullench. d. c. 1. dub. 8. Unde non rectè Navar. in man. c. 27. num. 246. vers. tertium, Erasmi à Cochiet de jurisdict. Ordinarii in exemptos, p. 4. q. 77. Cened. canon. quest. lib. 1. q. 38. num. 20. & 21. & alii quos refert, & sequitur Fagundez loquens de Religiosis d. præc. 2. lib. 7. c. 2. num. 15. quibus addo Finel. de casibus reserv. c. 3. n. 3. Villalob. in sum. tom. 1. tract. 1. diff. 53. num. 3. Laurent. de Peirinis de Religioso subdito, tom. 1. quest. 1. c. 21. §. 2. Diana p. 3. tract. 2. resol. 24. Ioan. Baptist. Lezana in sum. quest. Regul. cap. 19. num. 3. Layman. in Theolog. moral. lib. 5. tract. 6. c. 11. n. 4. Miranda d. tom. 1. q. 45. art. 6. & 8. Boss. d. sect. 3. casu 2. n. 17. existimant Episcopo nolente sine justa causa admittere præsentatos, eos posse omnia perinde exercere, ac si admissi, & autorizati essent. Hinc & minus benè existimarunt Fr. Emman. ad Bull. Cruc. §. 9. n. 30. & quest. Regul. tom. 1. q. 59. art. 3. Gammachæ. de Sacram. Pœnit. c. 18. Cœlestin. in compendio Theolog. moral. tract. 1. c. 16. n. 1. & c. 14. n. 4. Diana moral. resol. p. 5. tract. 13. resol. 25.

quod Episcopi tenentur approbationem dare, si Religiosi illis præsentati secundum formam Clem. dudum, de sepult. post examen inventi sint capaces, & idonei ad officium Confessionum audiendarum, & si suam approbationem absque rationabili causa dare recusent possunt religiosi audire Confessiones.

Concil. Trident. d. c. 15. statuit, nullum etiam Regulares posse Confessiones sæcularium etiam Sacerdotum audire, nec ad id idoneum reputari, nisi aut Parochiale beneficium habeat, &c. ex quo colligunt Floron. de casibus reservat. p. 1. c. 4. §. 12. n. 2. & alii citati à Boss. d. sect. 3. n. 49. beneficium Parochiale obtinentes eo ipso ad Confessiones audiendas approbatos censerì. Intellige modò illud actu habeant, & non sufficere habuisse, ut observant Vivald. in candelabro aureo, ubi de Confess. num. 27. conclus. 2. Suar. tom. 4. de Pœnit. disput. 28. sect. 4. num. 20. Henriq. lib. 3. de Pœnit. c. 6. §. 3. in fine, quos refert, & sequitur Fagundez d. præcepto 2. lib. 7. c. 2. nu. 38. Torreblanca dict. lib. 14. c. 2. num. 18. cum seqq. novissimè Stephan. Davila d. c. 23. n. 14. ubi refert rationem, quia cum Concilium clarè dicat nullum ad Confessiones idoneum, nisi Parochiale beneficium habeat, quod est præsentis temporis, si quis jam beneficium Curatum quod habebat, dimiserit, non est idoneus reputandus; & deinde reprobat resolutionem Henriq. dict. §. in commento, dum tenet quod si qui beneficium Curatum abdicavit, verè sit doctus, & communi errore vulgi censeatur adhuc approbatus, tunc valere absolutionem, & exaudiri posse ait de validitate absolutionis coram Deo durante bona fide, & ignorantia invincibili pœnitentium, cui supplet divina bonitas; non autem de validitate simplici, & absoluta omnium pœnitentium, etiam malam fidem, aut ignorantiam affectatam habentium. Addit etiam idem Stephan. Davila, decisionem S. Congregationis, quæ interrogata: *An Sacerdos, qui aliquando approbatus, & idoneus judicatus sit, atque ideò in Parochum assumptus fuerit, dimissa postea Parochiali, haberi etiam nihilominus debeat adhuc idoneus ad Confessiones validè audiendas, itaut hæc particula decreti Concilii, Beneficium obtineat, extendatur etiam, &c. vel obtinuerit?* Respondit non haberi.

Nomine Parochialis beneficii intelligenda sunt etiam superiora beneficia habentia curam animarum ut sunt Archiepiscopatus, & Episcopatus, ut sunt etiam aliqui Abbates, Archipresbyteri, & Archidiaconi, qui habent curam animarum annexam; quia de his omnibus eadem, vel fortasse major est ratio, ut per Suar. d. sect. 4. num. 21. & Fagundez d. c. 2. n. 41. Filliuc. d. p. 1. tract. 7. c. 9. n. 257. Boss. d. sect. 3. casu 2. num. 52. ubi num. 53. id limitat in Prælati Religiosorum qui ex vi suæ dignitatis non habent jurisdictionem ordinariam in sæculares, & expressè illos non posse sine approbatione Ordinarii audire sæcularium Confessiones, sustinent Suar. tom. 4. disput. 28. sect. 4. n. 21. Fr. Emman. in Bull. Cruc. §. 9. dub. 1. n. 4. Quamvis contrarium teneant Henriq. lib. de Indulgent. c. 12. num. 3. in comm. lit. R. Ioan. Valer. de different. inter utrumque forum, verb. nullitas, differ. 5. num. 3. Diana moral. resol. p. 2. tract. 2. miscel. resol. 45. Stephan. Davila d. c. 23. n. 6.

Provisum de Parochiali Ecclesia per concursum censerì approbatum idoneum ministrum ad audiendas Confessiones dumtaxat in ea civitate, vel oppido ubi sita est Parochia, non autem passim per totam Diœcesim, declarasse S. Concilii Congregationem referunt Piafec. in praxi Episc. p. 2. c. 1. n. 10. pag. 92. Homob. de Bonis de examine Ecclesiastico tract. 5. c. 3. q. 15. Fagundez in examine Theologia moralis, p. 3. c. 9. §. 8. n. 1. Fagundez d. lib. 7. c. 2. à n. 35. quamvis Zerol. in praxi pœnit. c. 16. q. 4. extendat ad totam Diœcesim

& Boss. d. sect. 3. casu 2. num. 50. restringit ad subli-
ros tantum suae Parochiae.

Utrum autem sit ubique intra eandem Diocesim
eligibilis virtute Jubilaei? Affirmant Gutier. lib. 1. ca-
non. cap. 27. n. 21. Suar. d. sect. 4. dub. 16. in fine, quos
refert, & sequitur Fagundez d. cap. 2. n. 35. adde Fr.
Emman. in Bullam Cruc. §. 9. n. 4. dub. 1. in princ. Ho-
mobon. d. part. 1. tr. 5. cap. 3. q. 15. Floron. de casib.
reserv. part. 1. c. 4. §. 12. num. 2. Boss. d. sect. 3. casu 2.
num. 233.

19 Utrum autem sit eligibilis extra Diocesim, & ubi-
que terrarum vi Bullae, Jubilaei, aut alterius privilegii
Papae, vel ex licentia aliorum Parochorum suis ovibus
concedentium facultatem eligendi quemlibet appro-
batum, aut ipsimet Sacerdoti in specie suas oves com-
mittentium? Negant Gutier. Homobon. & Floron.
loc. cit. Fr. Emman. in Bull. Cruc. §. 9. num. 6. Layman.
d. lib. 5. tr. 6. c. 11. n. 7. Affirmant, & merito, Vivald.
in candelab. aureo, tit. de Confess. n. 28. concl. 1. Hen-
riq. d. lib. 6. c. 6. §. 7. Joan. Valer. de different. utrius-
que fori, verb. Absolutio, differ. 1. num. 16. Suar. d.
disp. 28. sect. 4. n. 18. Fagundez d. c. 2. num. 36. Boss. d.
sect. 3. casu 2. n. 235. novissime Trullench. in exposit.
Bulle S. Cruc. lib. 1. §. 7. cap. 1. lib. 4. num. 3.

An invalida sit absolutio quoties Parochus nullum
habeat legitimum titulum, ut quia de facto cum Bullis
falsis se gerebat pro Parocho? Negativa pars est ve-
rior, quia adest error communis, qui tribuit jurisdic-
tionem, & bona fides poenitentis, Molfes. in sum.
tom. 1. tr. 7. c. 13. num. 21. Sanc. in select. disp. 94. n. 3.
Diana d. part. 3. tr. 1. resol. 112. Henriq. in sum. lib. 6.
de poenit. cap. 6. §. 3. Stephan. Davila d. c. 23. num. 9.
vers. quoad primum; ubi ex Henriq. Emman. Sa, &
Suarez cenlet beneficiarium Curatum juxta intentio-
nem Concilii esse idoneum reputandum simpliciter,
& pro quocumque loco, sive Diocesi, ita ut sit ubi-
que proximè capax jurisdictionis, si aliunde confera-
tur ab eo, qui potest delegare, vel mediante Bulla,
aut simili privilegio eligendi Confessarium; hancque
fuisse sententiam gravissimorum quorundam Præla-
torum, qui interfuerunt Concilio, & omnium Theo-
logorum, & Jurisperitorum Salmanticensium, & in-
ter Hispanos, Lusitanosque hanc etiam esse consue-
tudinem, ut Parochi sese mutuo juvent ex solo suo
consensu, non solum intra eandem Diocesim (quod
est certius, & frequentius etiam pluribus in locis
Galliae & Lotharingae) sed etiam in confinio diver-
satum Diocesum. Utrum hæc resolutio procedere
poterit ex vi consuetudinis, maximè hoc videntibus
Prælati, racentibus, tolerantibus, & confectariè
(implicitè saltem) consentientibus; qua quidem non
interveniente, sequenda, & amplectenda est Sacrae
Congregationis decisio, de qua testantur citati nu-
mero præcedenti, quæ aliquando consulta respondit:
*Provisum de Parochiali Ecclesia per concursum, cen-
sendum esse approbatum, & idoneum ministrum ad
audiendas Confessiones duntaxat in ea civitate, vel
oppido, ubi sita est Parochia, non autem passim per
totam Diocesim: cuius etiam meminit Steph. Daluin.
d. cap. 23. n. 13. vers. cuius quidem.*

10 Secundo observandum, in rigore disputationis opti-
mè defendi posse, Episcopos vigore privilegii, de quo
in cap. ult. de poenit. & remiss. in suum Confessarium
eligere posse Sacerdotem sibi non subditum, quia
proprio Ordinario non fuerit ad hoc juxta formam
Concil. Trident. d. cap. 15. admissus, seu approbatus
ad audiendas Confessiones. Ratio est, quia dispositio
d. cap. 15. est generalis, ac proinde limitanda per
d. cap. ult. deinde hoc ipsum sequenti comprobatur
syllogismo. Prælati quilibet quoad se idem potest,
quod potest quoad subditos, ut in dispensatione re-
solvunt Sanch. de Matrim. lib. 8. disp. 3. Suar. tom. 5.
Barbos. de Episc. Pars II.

disp. 42. sect. 2. num. 9. & tom. 4. disp. 51. sect. 1. n. 10.
Salas de legib. disp. 20. sect. 12. n. 103. & in Indulgentiis
Navar. de Jubilæo, notab. 20. n. 11. Soc. in 4. dist. 21. q. 1.
art. 4. vers. postremum, Suar. disp. 52. sect. 1. n. 14. Sed
Episcopus potest approbare quemcunque idoneum quo-
ad suos subditos, ut probatur in d. cap. 15. etiam alte-
rius Diocesis ad suas oves, ut quotidie practicatur;
ex Suar. tom. 2. disp. 28. sect. 3. n. 12. & 13. Ergo po-
terit idem facere quoad se, & sic eligere quemcunque
idoneum in Confessarium; nam eligendo, ipso facto
illum approbat. Quare hanc partem sustinent Villa-
lob. in sum. tom. 1. tr. 9. diff. 55. num. 4. Joan. Valer.
de different. utriusque fori, verb. Nullitas, diff. 5. n. 2.
Coriolan. de casib. reserv. p. 1. sect. 1. art. 21. n. 5. Boss.
d. sect. 3. casu 2. n. 102. De Cardinalibus, quod ex
consuetudine possint sibi, & familiae suae de Confessa-
rio providere, quia respectu familiae, & domesticorum
suorum quali Pastores sunt, resolvunt Manfred.
de Cardinalib. decis. 118. Albran. eod. tract. quest. 41.
Suar. tom. 4. disp. 27. sect. 1. n. 6. Valq. in 3. p. tom. 4.
quest. 93. art. 1. dub. 4. n. 2. Comit. respons. moral.
lib. 1. q. 101. n. 4. Filliuc. tom. 1. tr. 7. c. 7. n. 197. Turrian.
de Panit. disp. 23. dub. 3. Præposit. in 3. p. q. 8. de appro-
bat. minist. dub. 7. n. 53. Ludov. à Cruce in Bullam Cru-
ciatæ, disp. 1. c. 2. dub. 22. n. 14. cum seqq. Boss. de Ju-
bilæo, sect. 4. casu 2. §. 4. n. 111. Anton. Nald. in sum.
verb. Cardinalis, n. 8. Adam. Tanner. tom. 4. disp. 6. q. 9.
dub. 3. n. 58. ubi ait, quod Sacerdos quilibet ab aliquo
Cardinalium designatus, & electus, facultatem habet,
tam ad proprias eorum, quam ad familiarium, & com-
mentaliu Confessiones audiendas, P. Ludov. de S. Joan.
mei amicissimus q. 6. art. 2. de Sacram. Poenit. diff. 5.
concl. 2. ibi, *Todos los Cardenales tienen licencia tacita
del Papa para elegir Confessor para sy, y para sus fa-
miliares, yo lo se por experiencia, pues fue Confessor
del señor Cardenal Doria, y de otros Cardenales, sin
mas autoridad, que solo su nombramiento, &c.*

His tamen non obstantibus contrarium à Sacra Con-
gregat. decisum fuisse circumfertur, cujus declaratio-
nis verba sunt quæ sequuntur. *S. D. N. audita rela-
tione Congregationis Cardinalium declaravit Episco-
pum vigore privilegii, de quo in cap. fin. de poenit. &
remiss. non posse sibi eligere Sacerdotem sibi subditum,
qui à proprio Diocesano non fuerit adhuc ad formam
hujus Decreti admissus, seu approbatus ad audiendas
confessiones: referunt Aloys. Ricc. in praxi fori Ec-
cles. decis. 584. in 1. edit. alias res. 470. in 2. edit. Agid.
de Coninch. d. disput. 28. sect. 4. num. 7. & 8. Prosper
de Augustino in addition. ad Quarantam in summa
Bullarii, verb. Archiepiscopi auctoritas, versic. no-
vum, in fine, Azor. instit. moral. part. 2. lib. 4. c. 3. dub.
16. vers. queres, Armendar. in addit. ad recopilat. le-
gum Navarrae, lib. 1. tit. 18. l. 7. de Episcopis, num. 54.
Galer. in margarita casuum conscient. verb. Episcop. 6.
Coriolan. de casibus reserv. part. 1. sect. 1. art. 21. n. 5.
vers. ac contra; Jul. Lavour. de Indulgent. & Jubilæo, p. 1.
cap. 21. n. 58. Joan. Valer. de different. inter utrumque fo-
rum, verb. Absolutio, differ. 1. & verb. Jurisdictio, dif-
fer. 14. & verb. Nullitas, differ. 4. n. 2. Molfes. in sum.
Theologia moralis, tr. 7. cap. 15. num. 34. Fagundez
d. lib. 7. cap. 2. à num. 78. Jacob. de Grass. tom. 2. lib. 5.
tit. de poenit. & remiss. conf. 4. n. 3. Filliuc. tom. 1. tr. 7.
cap. 9. num. 256. Megala in 3. p. lib. 1. cap. 0. num. 18.
Alphonf. de Leone de Jubilæo, part. 1. quest. 9. n. 8.
Faustus eod. tract. lib. 4. quest. 73. Diana moral. resol.
part. 3. tract. 2. resol. 3. ubi etiam de Prælati Regula-
ribus; novissime Fr. Ludov. à Cruce in exposit. Bullae
Cruc. disp. 1. cap. 2. dub. 22. & 23. ubi etiam de Cardi-
nalibus agit, & de illis, qui sunt de eorum familia;
Doctores supra hoc numero citati, loquuntur in Epi-
scopo, & licet idem affirmant in Cardinale Azor. d.
q. 16. & Scip. de Rubeis in aphorism. Episcop. verb.*

Cardinalis, num. 5. contrarium tamen observat consuetudo, prout de ea testantur Doctores *num. precedenti, in fin. citati.*

- 22 *Tertio* observandum, non esse de essentia approbationis, ut ea fiat in scriptis; sufficit enim, quod in voce habeatur, ex eo quia scriptura per se loquendo non est de necessitate gratiæ, nec Concilium ad approbationem eam requirit. Quare ita resolvunt Jacob. de Grassis *in aureis decis. part. 1. lib. 1. cap. 13. num. 51.* Valer. Reginald. *d. lib. 1. num. 198.* Lezana *d. cap. 18. num. 10.* Coriolan. *de casibus reservatis, part. 1. sect. 2. art. 7. num. 3.* Homobon. *de Bonis de examine Ecclesiastico, tract. 5. cap. 2. quest. 10. prope finem,* ubi advertit consultius esse præfatam in Confessarium approbationem in scriptis dari, ut, ipse eam exhibere possit quoties expedire, & opus esse judicaverit, & iterum *tract. 11. quest. 12. resol. 1. Boss. d. sect. 3. casu 2. §. 1. num. 11.* Navar. *in novo jure Pontificio, conclus. 68. num. 8.* novissimè Diana *moral. resol. part. 5. tract. 14. resol. 41.*

- 23 *Quarto* observandum, Sacerdotem invalidè Pœnitentiæ Sacramentum ministrare, credentem Superiorem ratam habere absolutionem de futuro, nisi ratam habeat de præsentis signo aliquo externo. Ita Navar. *in manual. cap. 9. n. 5. & in cap. placuit, n. 106.* Nugn. *in addit. ad 3. p. 9. 8. art. 5. dub. 1.* Pefant. *etiam in addit. ad 3. p. 9. 10. disp. 5.* Henriq. *in sum. lib. 6. c. 13. §. 13.* Suar. *tom. 5. disp. 25. sect. 1. sub n. 13. & disp. 77. sect. 4. art. 4. sub n. 6.* Coriolan. *d. sect. 2. art. 20. n. 2. cum seqq.* Valer. Reginald. *d. l. 1. n. 89. & 90.* Paul. Santor. *de casibus Papalibus, & Episc. part. 1. à num. 39.* Fagund. *d. lib. 7. cap. 2. n. 71. & 72.* Chamerot. *d. loco, dub. 20. pag. 488. & dub. 30.* tenet quod delegatus ad audiendas Confessiones non potest subdelegare, latè Fr. Ludov. à Cruce *in exposit. Bullæ Cruc. disp. 1. cap. 2. dub. 20. per tot.* Floron. *de casib. reserv. p. 1. cap. 4. §. 17. n. 3.* Paul. Laym. *lib. 5. tract. 6. cap. 10. num. 16.* Boss. *sect. 3. casu 2. num. 135.*

Sed quid si Episcopus videns Sacerdotem non approbatum audire Confessiones sæcularium, & tacens, revera internè non consentiat, nec det licentiam; eritne tunc Confessio invalida ex defectu approbationis, & jurisdictionis? Fore invalidam affirmant Medina *tract. 2. de Confess. quest. de multiplici licentia alieno confitendi.* Petr. de Ledesma *de Matrim. quest. 45. art. 5. puncto 3. dub. 4.* Paul. Layman. *in Theol. moral. lib. 5. tract. 6. cap. 10. n. 16. §. deinde, versic. idemque.* Verùm probabilius est esse validam, quia ea rati habitio de præsentis reputatur in jure, & apud peritos vera licentia, sicut licentia expressè concessa. Ita Basil. Pont. *de Matrim. lib. 5. cap. 19. n. 14.* Sanchez *eodem tract. lib. 3. disp. 22. num. 65.*

- 24 *Quinto* observandum, nullum præter Episcopum se interponere debere in iis, quæ spectant ad approbandos Sacerdotes sacre Confessionis ministros: ita decisum refert Armendar. *in addit. ad recopil. legum Navarra, lib. 4. tit. 29. l. 1. §. 1. de confitendo semel in anno, n. 15.* & tenet novissimè Boss. *d. sect. 3. casu 2. sub num. 55.*

- 25 Hinc fit Parochum non solum jure communi, sed etiam particulari non posse alicui Sacerdoti, aliàs non approbato dare facultatem audiendi Confessiones suorum subditorum: Ita Floron. *de casibus reserv. p. 1. cap. 4. §. 16.* Nugn. *in addit. ad 3. part. quest. 8. art. 5. dub. 6.* Villalob. *in sum. tom. 1. tr. 19. diff. 49. num. 9.* Sancius *in select. disp. 48. num. 51.* Boss. *d. sect. 3. casu 2. num. 132.* Trullench. *d. dub. 3. n. 15.* Gambarupt. *de casibus reserv. cap. 2. num. 29.* nec dissentire videntur Ægid. de Coninch. *d. disp. 8. n. 28.* & Valer. Reginald. *d. lib. 1. n. 67. & 68.* Zanard. *in direct. p. 1. de Sacram. Pœnit. cap. 26.* Fagundez *in quinque Eccles. præcepta, p. 2. lib. 7. cap. 2. n. 43.* Diana *d. part. 3.*

tract. 3. resol. 110. & 146. Fr. Ludov. à Cruce *d. cap. 7. dub. 10.* In contrariam tamen sententiam videtur posse allegari Navar. *in cap. placuit, n. 140. de Pœnit. dist. 6.* dum ait Parochum, etiamsi nondum sit initiatus Ordine Sacerdotali, posse Jure communi dare alteri Sacerdoti facultatem absolvendi subditos: in hoc tamen nihil contradicit suprapositæ resolutioni, intelligendus est enim suppositis terminis habilibus, habita scilicet approbatione Episcopi; nam certum est, Parochum posse dare licentiam suis subditis, ut cum alieno Sacerdote, idoneo tamen, confiteantur, *cap. placuit, de Pœnit. dist. 6. cap. omnis utriusque sexus, de Pœnit. & remiss. Navar. d. cap. placuit, n. 49.* Suar. *tom. 4. in 3. p. disp. 26. sect. 1. n. 3. & disp. 27. sect. 1. num. 2.* novissimè Trullench. *in exposit. Bullæ S. Cruciate, lib. 1. §. 7. cap. 1. dub. 3. n. 21.* Quamvis Petr. de Ledesma *in sum. p. 1. de Sacram. Pœnit. cap. 12. vers. acerca desta conclusion,* Ludovic. de S. Joan. *in sum. q. 7. art. 2. de Pœnit. diff. 12.* affirmant etiam perspecto jure novissimo Concil. Trident. licere Parocho concedere simplici Sacerdoti non approbato, ut suorum Parochianorum Confessiones audiat. Intellige primam, quam sequemur, opinionem procedere in Sacerdote à suo, vel extraneo Ordinario approbato, Joan. de la Cruz *in direct. p. 2. de Sacram. Pœnit. q. 5. dub. 6. conclus. 3.* Coninch. *de Sacram. disp. 8. dub. 6. n. 57.* ubi pariter declarant eam locum habere seclusa prohibitione Episcopi, Diana *d. resol. 111.* Joan. Sanc. *in select. disp. 48. num. 52.* Trullench. *d. lib. 1. §. 7. cap. 1. dub. 3. num. 16.* ubi idem dicit quod Coninch.

Sexto, observandum, in hac materia valdè dubium esse, cujus Episcopi approbatio sit necessaria, an scilicet confessarij, vel confitentis, vel loci in quo fit Confessio, seu unius eorum? In quo reperiuntur quatuor opiniones ad invicem sibi contrariæ.

Prima tenet sufficere cujuscumque Episcopi approbationem, & constat ex eorum opinione, qui resolvunt, Sacerdotem ab uno Episcopo approbatum esse ubique approbatum, & eligibilem: qui unica moventur ratione ex verbis Concilij Trident. *d. cap. 15.* dum simpliciter requirit Episcopi approbationem, nec exprimit quod sit Episcopus loci pœnitentis, aut Confessoris: ergo data approbatione cujuscumque Episcopi, satisfat verbis Concilij, & per consequens cum sit lex nova exorbitans à regulis Juris antiqui, debet sufficere quæcumque approbatio, quæ secundum Jus antiquum, & regulas legis divinæ sufficiens erit. Quam sententiam tenere Theologos omnes ex familia Augustiniana, & Dominicana, & omnes Jurisperitos Salmanticenses, testatur, & sequitur Henriq. *lib. 6. c. 6. §. 7. & lib. 7. cap. 12. §. 4.* & probabilem dicunt Sanchez. *de Matrim. lib. 8. disp. 34. n. 16.* Anton. Gom. *in explicat. Bullæ, ad claus. 10. n. 8.* Petr. de Ledesma. *in sum. p. 1. de Sacram. ubi de Sacram. Pœnit. cap. 13. post 1. concl. Fagundez d. lib. 7. cap. 2. num. 88.* & in Hispania consultum Commissarium generalem Cruciate respondisse sic Papam declarasse, ait Vivald. *in candelab. aureo, ubi de Confess. n. 28. concl. 3.* sequitur Sà *verb. Confessor, n. 6.* & multis defendere conatur Joan. Valer. *d. verb. Absolutio, differ. 1. num. 62. vers. patet,* citati per Torreblanca *d. lib. 14. cap. 2. n. 1.*

Secunda requirit approbationem Episcopi ipsius pœnitentis, ut multos Theologos, & Jurisperitos legendo, & consulendo sentire, esseque valde consentaneum rationi, & debitæ gubernationi, ideoque semper, & simpliciter sibi placuisse asserit Suar. *d. disp. 27. sect. 6. n. 5. & 6.* sequitur Filliuc. *tract. 7. cap. 9. q. 11. n. 262.* & mordicè defendit Gutier. *canon. lib. 1. cap. 27. num. 6.* Villalob. *in sum. part. 1. tract. 4. dub. 53. n. 3.* Ludovic. à Cruce *in exposit. Bullæ, disp. 1. cap. 2. dub. 25. n. 1.* dum ait approbationem à Concil. requisitam & necessariam, ac sufficientem esse Ordinarij loci.

pro qua urgere videntur rationes, quas pro quarta adduximus; nam ratio illa quod ubi Episcopi, seu Prælati mentio fit, de Episcopo loci intelligitur, qui debet curam habere de ovibus suis; atque etiam alia de confusione evitanda, solum concludunt, necessariam esse approbationem Episcopi ipsius Pœnitentis, cui de congruis ministris providere incumbit cura proprio Episcopo.

29 Tertia asserit necessariam esse approbationem Episcopi ipsius Confessoris, ut declarasse videntur Illustrissimi Cardinales Concilij Tridentini, referentibus Suar. d. num. 6. Ægid. de Coninch. disp. 8. dub. 8. n. 50. & 51. F. Joan. à Cruce d. cap. 6. dub. 5. Bonac. de Sacram. disp. 5. q. 7. puncto 4. §. 1. n. 15. Molfes. d. tract. 7. cap. 16. à n. 18. Valer. Reginald. d. l. 1. n. 185. Filliuc. in quest. moral. p. 2. tract. 7. cap. 9. n. 260. Boss. d. sect. 3. casu 2. n. 214. Fagundez d. cap. 2. n. 92. Quam quidem sententiam expressè probat, & variis rationibus confirmat idem Suar. d. disp. 28. sect. 8. à num. 1. inter quas illa præcipua est, quia hujusmodi approbatio actus est jurisdictionis, quam propriè, & directè in ipsum Sacerdotem Episcopus exercet, & quam non habet Episcopus pœnitentis, sed Episcopus, cui Sacerdos ipse subicitur: ergo si à suo Episcopo sit approbatus, satisfactum est formæ Concilij Tridentini, quæ Episcopi approbationem requirit.

30 Quarta sententia (cui tanquam probabiliori adhæreo) dicitur necessariam esse approbationem Episcopi ejus loci, quo fit Confessio, cujus multiplex ratio adducitur.

Primò, quia ubi Episcopi, vel Prælati mentio fit, debet intelligi de Episcopo loci in quo actus gerendus est, & cui incumbit cura animarum, ne aliàs sequatur confusio, contra vulgares Regulas text. in cap. 11. q. 9. & in cap. 1. 13. q. 1. & Concil. Trident. sess. 14. de reform. cap. 9.

Secundò, quia extra territorium jus dicenti non pareretur, l. ult. ff. de jurisd. omnium judic. cap. 2. de Constit. lib. 6.

Tertiò, quia licet Sacerdos in uno Episcopatu approbatus, & idoneus sit, in alio tamen propter majorem difficultatem negotiorum majori indiget eruditione, majoremque exoptulat casuum occurrentium experientiam, ut benè docent Navar. in man. cap. 4. num. 4. Jacob. de Graff. d. lib. 1. cap. 15. n. 2. Suar. d. disp. 28. sect. 7. num. 19.

Quartò, quia Concilium æquiparat habentem Parochiale beneficium, & approbatum ab Episcopo; sed habens beneficium Parochiale non potest audire Confessiones extra locum, ubi est beneficium, & multò magis extra Diocesim, ex suprà resolutis n. 19. igitur nec approbatus ab uno Episcopo potest audire Confessiones in Episcopatu alterius.

31 Quintò, quia Patres Societatis Jesu habent privilegium, ut iter facientes ubique audiant Confessiones: ergo in contrarium est jus commune. Quare secundum hanc sententiam tenuisse Prælatos maximæ auctoritatis; quos suis nominibus refert, ac alios Doctores Complutenses ita tenuisse testatur Henriquez d. §. 4. lit. O, quamque tuetur Fr. Emman. in explicat. Bullæ Cruciatæ, §. 9. num. 5. Navar. in man. cap. 27. num. 266. vers. sextum, Gambarupt d. cap. 2. num. 30. Homobon. de examine Ecclesiastico, part. 1. tr. 5. c. 2. q. 14. Campanil. d. cap. 13. n. 7. Torreblanca d. lib. 14. num. 12. Ugolin. de potest. Episcopi, cap. 7. §. secundo, num. 8. Joan. Valer. d. verb. Absolutio, diff. 1. num. 9. & 14. Nicol. Garc. de benefic. p. 5. cap. 8. n. 32. Zerol. in praxi Pœnit. cap. 16. q. 3. Flores de casib. reserv. p. 1. cap. 4. §. 12. n. 16. Lezana in sum. quest. Regul. cap. 19. n. 4. & 19. Paul. Laym. in sum. Theolog. moral. lib. 5. tract. 6. cap. 11. n. 9. ex eo quia pœnitentes sua valent confiteri peccata Sacerdoti existenti in eo territorio, Barbos. de Episc. Pars II.

in quo reperiuntur, cum confitei voluit; etiam si vagabundi, peregrini, viatores, aut incolæ sint, ut tenet Bonac. d. q. 7. puncto 2. num. 4. & 5.

Unde fit, ut Regulares simpliciter approbati in uno Episcopatu, dum ibi morantur, possint audire Confessiones fidelium sæcularium, undecumque venientium, etiam si non sint subditi illius Episcopi, à quo fuerunt approbati, & in cujus Diocesi morantur, Fr. Emman. in Bull. Cruc. §. 9. n. 32. Peregr. in compend. privil. Theatin. p. 1. tit. absolutio quoad sæculares, §. 1. Joan. Valer. verb. Absolutio. differ. 1. n. 14. Lezana in sum. quest. Regul. cap. 19. n. 1. † ille enim dicitur proprius Parochus, quoad Sacramentalem Confessionem, in cujus Parochia pœnitentes habitant de præsentia, nec possunt commodè adire proprium Sacerdotem, Menoch. consil. 398. n. 25. Sanchez de Matrim. lib. 3. disp. 23. n. 12. † Hinc etiam scholares dimisso Sacerdote in patria possunt in loco studij confiteri, Rebuff. de privileg. schol. privileg. 193. Denique pro hac parte facit Illustrissimorum Cardin. decisio, quæ dicitur approbatum ab alio, quàm à Valentino Episcopo in Diocesi Valentina, non censeri approbatum ab Ordinario, prout eam referunt Beja part. 4. casu 20. vers. tandem, Ægid. de Coninch. d. disp. 8. n. 52. & alij citati num. seqq. Boss. d. sect. 3. casu 2. n. 133. qua attenda si pœnitens confiteri non potest Sacerdoti approbato ab Ordinario Portugalsi in Diocesi Bacharensi, perspicuè apparet esse confitendum Sacerdoti approbato ab Episcopo loci, ubi fit Confessio: Unde die 6. Junij 1608. in una Calaguritana Congreg. Concilij centuit, tam sæcularem, quàm Regularem in una Diocesi approbatos ad audiendas personarum sæcularium Confessiones, non posse in alia eisdem Confessiones audire absque Episcopi Diocesis approbatione.

32 Septimò observa pœnitentem, qui virtute Jubilæi, vel alterius privilegij facultatem habet eligendi Confessarium approbatum ab Ordinario, non posse eligere Confessarium approbatum ab Ordinario alterius Diocesis, quia usu receptum videtur, ut qui fuit in una Diocesi approbatus, si in aliam se transferat, iterum approbetur ab Ordinario loci, in cujus Diocesim transfertur. Suar. disp. 28. sect. 7. num. 8. Filliuc. d. part. 1. tr. 7. cap. 9. num. 263. Fagundez d. cap. 2. n. 22. & 87. & facit decisio infra num. 34. in fine: tum etiam, quia Religiosi Societatis Jesu privilegium obtinuerunt à Gregor. XIII. ut semel approbati, & à Superioribus expositi possint audire Confessiones fidelium, dum per alias Dioceses transeunt, ut attestantur Fr. Emman. in Bullam Cruciatæ, §. 9. n. 14. Fagundez d. cap. 2. num. 85. ergo signum est, ipsos non potuisse Confessiones in alia Diocesi audire sine tali privilegio, & consequenter Confessarium approbatum in una Diocesi, non censeri approbatum pro alia, etiam tempore Jubilæi, quod semper solet concedi cum facultate eligendi Confessarium approbatum ab Ordinario, qui necessariò debet esse approbatus ab Ordinario loci in quo Confessiones audit; nam approbatum ab alio, quàm à Valentino Archiepiscopo in Diocesi Valentina, non censeri approbatum ab Ordinario, referunt decisum Quaranta in summa Bullarum, verb. Confessor. vers. præter, Fr. Emman. in explicat. Bullæ Cruc. §. 9. n. 5. Ægid. de Coninch. tom. 2. disp. 8. num. 52. Ugolin. d. §. 2. num. 8. Fr. Ludov. à Cruce d. disp. 1. cap. 2. dub. 24. n. 5. vers. tertium, Armendar. in addit. ad recopil. legum Navarra, lib. 4. tit. 29. l. 1. §. 1. n. 12. Campan. in divers. juris Canon. rub. 12. cap. 13. n. 77. in fine, Molfes. in sum. Theologia moralis, tr. 7. c. 14. n. 67. Ita his, & aliis fundamentis hanc opinionem tenent Beja d. casu 20. Quaranta ubi proximè, Zerol. in praxi de Sacram. Pœnit. cap. 16. q. 8. Petr. Ledelima in sum. p. 1. de Sacram. ubi de Sacram. Pœnit. c. 12. concl. 5. & c. 13. dub. 7. Gutier. canon. lib. 1. cap. 27. n. 5. Villalob. in sum.

tom. 1. tract. 9. dub. 56. n. 3. Ludov. Bejay p. 4. resp. 20. Fr. Emman. in Bull. Cruc. §. 9. n. 5. Acolta q. 38. Fr. Ludovic. à Cruce in expos. Bull. Cruc. disp. 1. cap. 2. dub. 15. à num. 9. & censuit S. Congregat. Concil. in Liman. 20. Januar. 1633. Præsentatio enim Confessariorum Regularium facta in uno Episcopatu non sufficit pro aliis Episcopatibus, ut ait Ludov. Miranda d. tom. 1. quest. 44. art. 8.

34 Contrarium tamen, imò Confessarium approbatum ab Ordinario, cujuscumque loci sit, posse Confessiones audire illorum, qui virtute Jubilæi, vel alterius privilegij facultatem habent eligendi Confessarium approbatum ab Ordinario, tenent Corduba in sua sum. quest. 10. ad 2. dub. Henriq. d. lib. 3. de Pœnit. cap. 6. §. 7. & in commento, lit. A, & de Indulgent. cap. 12. §. 4. Vivald. in candelab. aureo, ubi de Confess. num. 28. conclus. 3. latè Joan. Valer. d. verb. Absolutio, differ. 1. per totam, Fr. Emman. in expositione Bullæ Cruciate, §. 9. dub. 2. Suar. tom. 4. disp. 28. sect. 4. n. 18. & sect. 7. n. 6. & 10. Nugn. in additionib. ad tertiam partem, quest. 8. art. 5. dub. 9. Filliuc. tom. 1. tract. 7. cap. 9. n. 261. Gutier. canon. lib. 1. cap. 27. n. 5. Ludov. de S. Joan. in sum. part. 1. quest. 5. art. 2. diffic. 13. fol. 452. latè Joan. Sanc. in selectis, disp. 44. n. 1. vers. in primis, cum seqq. Fagundez in examine Theolog. moralis, part. 3. cap. 9. §. 8. n. 4. Joan. à Cruce in direct. conscient. p. 2. tract. de Pœnit. q. 5. dub. 9. concl. 2. Reginald. d. lib. 1. n. 186. & 188. Coninch. d. disp. 8. dub. 7. n. 53. Ex ea se licet ratione, quia Bulla non requirit Sacerdotem approbatum ab Ordinario illius loci, sed simpliciter, & in communi requirit Sacerdotem approbatum, quæ verba cum sint generaliter prolata, generaliter videntur esse intelligenda: igitur hæ opinioniones sunt probabiles, prima tutior, & secunda non rejicienda.

An Parochus relinquens Curatum per commutationem, resignationem, vel aliam causam, sit eligibilis in Confessarium virtute Bullæ? Negantem partem docent Henriq. in sum. lib. 6. cap. 6. sub n. 3. lit. I, Suar. tom. 4. disp. 28. sect. 4. num. 2. Fagundez in quinque Eccles. præc. part. 2. lib. 7. cap. 2. n. 38. Filliuc. in quest. moral. tom. 1. tract. 7. cap. 9. n. 257. Fr. Ludov. à Cruce in expos. Bullæ Cruc. disp. 1. cap. 2. dub. 7. Floron. de casibus reservatis, p. 1. cap. 4. §. 12. num. 7. novissimè Boll. d. sect. 3. casu 2. num. 56. novissimè etiam Trullench. in expos. Bullæ Cruc. lib. 1. §. 7. cap. 1. dub. 3. num. 7. vers. dico tertio, ubi Fr. Emman. & Acoftam citat pro contraria parte.

35 Octavo, observa fœminam, quæ virtute Jubilæi, vel alterius privilegij facultatem habet eligendi Confessarium ab Ordinario approbatum, posse eligere Confessarium ab Ordinario propriæ Diocesis approbatum ad certum numerum personarum, quia verum est dicere hunc esse approbatum ab Ordinario, tum quia versamur in materia favorabili, tum quia non est idem omnino approbatio, vel jurisdictio, quia jurisdictio supponit approbationem, ad Confessionem autem alicui faciendam tempore Jubilæi non requiritur, ut eligatur Confessarius aliàs habens jurisditionem in ipsum pœnitentem; sed sufficit ut eligatur Confessarius ab Ordinario approbatus, cui Summus Pontifex confert jurisdictionem: ita Henriquez in sum. lib. 6. de Pœnit. cap. 6. num. 8. & lib. 7. cap. 12. num. 4. Nugn. in addit. ad tertiam partem, quest. 8. art. 5. dub. 9. vers. ad 10. argum. Petr. de Ledesm. in sum. part. 1. de Sacram. Pœnit. cap. 13. dub. 8. & 9. Sanch. de Matrim. lib. 8. disp. 34. num. 16. Boll. d. sect. 3. casu 2. num. 238. Coninch. d. disp. 8. n. 57. Fagund. in quinque Ecclesia præcepta, p. 2. lib. 7. cap. 2. n. 19. & 45. Fr. Ludov. à Cruce d. disp. 1. cap. 2. dub. 7. n. 7. refert plures Trullench. in expos. Bullæ S. Cruciate, lib. 1. §. 7. cap. 1. dub. 3. num. 6. subdens quod si

quis tantum approbatus esset ad audiendos viros, non defectu solius ætatis, sed quia non adeo prudens, & aliquo modo levis esset, non posset eligi à fœminis per Bullam, quia non censetur simpliciter, ut requiritur, approbatus; secus tamen esset, si esset idoneus, sufficiens, prudens, pius, & doctus, licet num. 7. id in praxi nec consulendum, nec admittendum asserat, & ibidem in vers. dico tertio, addit approbatum ad annum, si absolute, & simpliciter approbatus est, eligi posse indifferenter intra annum, ratione Bullæ, quia amplè, & non strictè approbatus est. Invenio tamen die 7. Septembris 1625. in una Casaraugustana; expositum fuisse S. Congreg. Concilij, Archiepiscopum solere in aliquibus casibus secularibus Sacerdotibus licentiam concedere audiendi Confessiones certi generis personarum, seu ad limitatum tempus, & non obstante hujusmodi limitatione Sacerdotes præfatos Confessiones audire sub prætextu quod id eis liceat vigore Bullæ Cruciate; eadem Sacra Congregatio censuit Confessariis prædictis minimè licere pœnitentium Confessiones audire ultra facultatem ipsis ab Ordinario concessam.

Nonò, observa proprium Sacerdotem, seu Parochum existentem extra territorium, posse absolvere Parochianum suum confiteri volentem. Ita Victor. de Sacram. num. 137. Fr. Emman. in explicat. Bullæ Cruc. §. 9. dub. 4. fol. 78. Zerol. in praxi Episc. part. 1. verb. Parochus, pag. 274. Sanch. de Matrim. lib. 3. disp. 34. num. 1. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 62. n. 9. Torreblanca d. lib. 14. cap. 1. num. 20. & 26. In foro enim conscientie non requiritur remissio, nec forensis sortitur forum delicti, Clar. lib. 6. §. final. quest. 38. n. 5. Bonacol. commun. crimin. part. 2. verb. Forum, fol. 30. & 32. Mich. Grass. tom. 1. commun. opin. lib. 3. tit. 13. num. 7. pag. 400. † forum pœnitentiale in loco delicti non sortitur, Abb. in cap. cum contingat, num. 29. & in repet. cap. si quis contra, num. 50. vers. aut quaritur, de foro compet. Roch. de consuet. num. 709. quos refert Erasim. à Cochier de jurisdictione Ordinarij in exemptos, p. 4. quest. 25. num. 2. Torrebl. d. lib. 14. cap. 2. num. 27.

Potest enim Parochus Confessiones audire suorum subditorum in aliena Diocesi, secundum Capyc. de clif. 103. num. 15. Henriq. lib. 6. cap. 7. §. 1. Tolet. in instruct. Sacerd. lib. 3. cap. 13. in fine, Fr. Emman. in Bull. Cruc. §. 9. num. 7. Joan. Valer. de different. inter utrumque forum, verb. Absolutio, differ. 1. n. 4. Floron. de casib. reserv. part. 1. cap. 4. §. 12. n. 3. Boll. d. sect. 3. casu 2. n. 195. Homobon. d. tract. 5. cap. 3. q. 16. Zerol. de Pœnit. cap. 16. quest. 5. vers. dico quarto, Campan. d. rub. 12. cap. 13. sub n. 71. Chamerora d. loco, dub. 14. Victor. de Confessione, n. 152. Sanch. d. disp. 24. n. 2. & 3. & eod. lib. 3. disp. 19. n. 8. Valer. Reginald. dict. lib. 1. num. 93. & 94. Egid. de Coninch. d. disput. 8. num. 22. Marcel. Megal. part. 1. instit. Confess. lib. 1. cap. 7. num. 25. & cap. 9. num. 22. Molfes. in sum. Theologia moralis, tract. 7. cap. 16. num. 89. Piafec. in praxi nova Episcop. part. 2. cap. 1. num. 10. vers. suum: ubi etiam asserit, quod si dimiserit aliquam causam ipsam beneficium Curatum, desinit ipsius potestas, nec potest accipere Confessiones absque alia licentia, nec etiam tunc censetur sufficienter idoneus, & approbatus ad audiendas tempore Jubilæi, aut alia occasione Confessiones, excepto mortis articulo: nam Concil. Trident. sess. 23. cap. 15. illum reputat idoneum, qui beneficium habet Parochiale: sed hic non illud retinet, aut saltem ipsius usum, nec ipsius approbatio durat, Henriq. lib. 7. cap. 12. num. 3. & 4. Reginald. d. lib. 1. num. 190. Suar. disp. 28. sect. 4. n. 10. & sect. 6. num. 13.

Utrum alij Sacerdotes approbati ad audiendas Confessiones in certo Episcopatu, possint subditos illius

illius in alieno absolvere, sicut possunt Parochi? Negant Sylvest. in sum. verb. Confessor 1. num. 12. Navar. in man. cap. 27. post num. 266. Vivald. in suo candelab. aureo, part. 1. rub. de absolut. n. 50. ubi ait ita declaratum Romæ de anno 1587. Miranda d. tom. 1. q. 45. art. 8. concl. unica, Campan. d. rub. 12. cap. 13. n. 71. Nicol. Garc. d. part. 1. cap. 8. n. 132. per Clem. dudum, de sepult. dum habet quod extra civitates & Dioceses, in quibus sunt presentati & deputati, audiendi secularium Confessiones facultatem non valent exercere. Quamvis contrarium sustineant Henriq. d. lib. 6. cap. 7. §. 1. lit. D, Sanch. d. disp. 34. n. 2. Suar. tom. 4. disp. 18. sect. 6. num. 4. Monet. de commut. ultim. volunt. cap. 5. num. 232. Homobon. de Bonis de examin. Eccles. part. 2. tract. 5. cap. 3. q. 16. Joan. Valer. dict. verb. Absolutio, differ. 1. num. 8. 10. & 13. Fagundez in quinque Ecclesia præc. p. 2. lib. 7. cap. 2. n. 91. Tambur. d. tom. 2. disp. 6. q. 14. n. 4. Floron. de casibus reserv. p. 1. cap. 4. §. 13. num. unic. Lezana in sum. quest. Regul. cap. 19. num. 5. Diana d. part. 3. tract. 4. resol. 144. Boll. d. sect. 4. casu 2. num. 202.

An etiam Episcopus possit extra suam Diocesim Confessiones coram audire, qui essent sui subditi? Hanc questionem à Præsule præstantissimo in Matritensi Curia sibi fuisse propositam, refert Alzed. d. p. 1. cap. 13. num. 94. & respondisse sine dubio posse, ait: quia Sacramentalis Confessio & absolutio sine strepitu judiciali fit, & inter volentes exercetur, & sic quia de voluntaria jurisdictione est, exerceri extra territorium posse, ait Greg. Lop. l. 21. verb. Parochianos, tit. 4. p. 1. Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 43. n. 16. & 17. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 62. num. 10. de quo tamen dubito.

An Parochus, qui se de facto intus in beneficio sine auctoritate Superioris, habeat jurisdictionem sufficientem, ita ut Confessio illi facta à suis subditis non sit iteranda? Invalidam esse tenent Angel. verb. Confessio, §. 12. Navar. cap. 9. num. 11. & in cap. placuit, de pœnit. dist. 6. num. 176. quos refert, & sequitur Chamerot. dict. loco, dub. 22. sed veriora quæ supra num. 19. resolvimus.

Decimo, observa approbatum ab Episcopo absque iudicio, vel etiam contra iudicium, sciente non esse idoneum, non censeri approbatum juxta probabiliorum sententiam; nam Concil. dict. cap. 15. exigit, ut Confessarius, qui non habet Parochiale beneficium, judicetur idoneus; hic autem verè non judicatur idoneus, sed fictè, cum Episcopus interius sentiat, & judicet non idoneum. Quare ita tenent Suar. tom. 4. disp. 28. sect. 5. n. 7. vers. & fortasse; Reginald. d. lib. 1. num. 197. Bonac. de Sacram. disp. 5. quest. 7. puncto 4. §. 1. num. 29. Boll. d. sect. 3. casu 2. §. 1. n. 3. qui etiam resolvunt, validam esse approbationem, quando Episcopus verè aliquem judicat, & approbat tanquam idoneum, sed re ipsa non est idoneus. Valebit tamen Confessio facta Sacerdoti cui Episcopus facultatem audiendi Confessiones fictè concessit, id est solis externis verbis absque vera intentione concedendi; quia tunc adest licentia à legitimo Superiore, & ejus nullitas est occulta, ac proinde adest titulus præsumptus cum communi errore, sicut adest etiam in alio casu Episcopi videntis & tacentis, non tamen internè consentientis; ita Sanch. lib. 3. de Matrim. disp. 22. n. 65. Boll. d. sect. 3. casu 242. † Aliàs enim debet Episcopus Confessarium non solum interius judicare idoneum, verum etiam exterius approbare, & jurisdictionem concedere, ut patet ex Concil. Trident. d. cap. 15. in illis verbis, ibi: *Aut judicetur idoneus, & approbationem obtineat*: ita Suarez, & Reginald. ubi proximè, Coninch. de Sacram. & censur. tom. 1. disp. 8. num. 49.

Potest tamen Episcopus approbare quoscunque, Sa-
Barbos. de Episcop. Pars II.

cerdotes voluerit, Sæculares, vel Regulares, etiam non laureatos in Theologia, vel Jure Canonico absque ullo examine; sufficit enim quod illi sibi videantur apti ad hoc munus exercendum, cum Concil. d. cap. 15. expressè dicat, *per examen; si illis videbitur necessarium, aut aliàs idoneus ab Episcopis judicetur*. Ita Palat. in 4. dist. 17. disp. 7 pag. 265. quem refert Fagundez d. lib. 7. cap. 2. num. 70.

Undecimo, observa licentiam delegatam audiendi Confessiones non expirare mortuo, vel amoto delegante, quia est quædam gratia: ita Sor. in 4. dist. 18. q. 4. art. 3. col. 7. Grassi. in decis. aureis, lib. 1. c. 13. n. 49. Chamerot. d. loco, dub. 27. pag. 488. Fr. Joan. Valer. d. verb. Absolutio, differ. 1. n. 8. vers. observa, Fr. Joan. de la Cruz de statu Relig. lib. 2. cap. 3. dub. 1. concl. 3. vers. ex dictis; Coriol. d. part. 1. sect. 2. art. 8. Sanch. de Matrim. lib. 3. disp. 28. num. 64. & 70. Cened. canonic. quest. lib. 1. q. 38. n. 20. & 21. Fagundez d. p. 2. lib. 7. num. 24. Campan. d. rub. 12. cap. 13. n. 69. Homobon. d. tract. 5. cap. 3. q. 17. Boll. d. sect. 3. casu 2. §. 2. n. 9. Lezana in sum. quest. Regul. cap. 28. n. 10. in princ. Henriq. d. lib. 6. cap. 5. §. 7. in fine, ubi etiam limitat, nisi Episcopus ad tempus tantum unius anni approbasset, aut ad tempus vitæ suæ, vel ad suum beneplacitum.

Hinc fit, Religiosum qui semel fuit generaliter approbatus, si recedat à Diocesi, in qua fuit simpliciter approbatus, & postea iterum redeat, non teneri novam querere approbationem, & licentiam, etiam si interim mutati fuerint Episcopi in illa Diocesi: ita Nugn. in addit. ad 3. p. q. 8. art. 3. dub. 1. concl. 2. Benevent. in praxi de Sacram. Pœnit. cap. 16. quest. 2. vers. quinto verò, Henriq. d. cap. 6. §. 7. Joan. Valer. verb. Absolutio, differ. 5. num. 29. vers. & observa, Tambur. d. tom. 2. disp. 6. q. 14. num. 2. Boll. d. sect. 3. casu 2. num. 46. Hoc tamen limitandum est, modò Episcopus facultatem non revocet: ille enim potest, aut ejus successor justa de causa revocare approbationem, seu facultatem, modò approbatus non habeat beneficium Parochiale; hic enim habet approbationem à jure, & facultatem annexam beneficio, quamvis aliquando possit suspendi: ita Suar. disp. 18. sect. 2. & 8. Benev. d. loco; Reginald. d. lib. 1. num. 201. Fagundez dict. cap. 2. num. 31. Boll. d. num. 46.

Duodecimo, observa Regulares indigere approbatione Episcopi, cum secularium, quamvis Sacerdotum, peccata audire cupiunt; juxta decretum Concil. Trident. sess. 23. de reform. cap. 15. resolvunt Joan. de Grassi. in aureis decis. p. 1. lib. 3. cap. 5. num. 109. Piafec. in praxi Episc. p. 2. cap. 1. n. 10. Fr. Ludov. Miranda d. quest. 45. art. 8. in fine, Ugolin. de officio Episcopi cap. 20. in princip. Fagundez in quinque Ecclesia præcepta, p. 2. lib. 8. cap. 2. num. 13. ubi n. 33. cum Henriq. lib. 5. de Pœnit. cap. 6. §. 6. observat Episcopos non approbare Regulares in Confessarios, nisi à Prælato suo saltem interpretativè exponantur, presententurque ipsis Episcopis, Stephan. Divila de potestate Episcopi cap. 35. num. 2. dum ait, quod Regulares non approbat Episcopus in Confessarios, nisi à Prælato suo exponantur, saltem interpretativè, juxta Clem. dudum, §. statimus, de sepult. quæ est alia plana Papæ intentio, ne aliàs proprio præjudicetur Prælato; à quo pendet subditorum voluntas ex voto quod emittunt, quod etiam tradit Trullench. d. lib. 1. §. 7. cap. 1. dub. 5. n. 4. & statutum fuit in Concil. Lateranensi à Leone X. ut in sua Bulla incip. *Dum intramentis arcana*; quod & Pius V. innovavit ordinatione sua de anno 1561. 8. Id. Augusti. Quare Religiosus Sacerdos extra mortis articulum non poterit licitè absque approbatione, & consensu sui Prælati audire Confessiones, & absolvere, neque etiam à peccatis venialibus, vel mortalibus aliàs ritè confessis. Ita Henriq.

*in sum. lib. 6. cap. 6. §. in fine, Fr. Emman. quest. Regul. tom. 1. q. 66. art. 1. Campan. in diversorio Juris Canon. rub. 12. cap. 13. n. 59. Fagundez d. prac. 2. lib. 7. cap. 2. n. 32. Paul. Layman, lib. 6. tract. 6. cap. 10. n. 14. Tamburin. de jure Abbatum, tom. 2. disp. 69. dub. 15. n. 142. Boss. d. sect. 3. casu 2. n. 178. ubi n. 179. ampliatur ut ob eandem rationem idem Religiosus licite non valeat invito eodem suo Prælato audire Confessiones etiam habentium ab ipso Summo Pontifice privilegium eligendi quemcunque Confessarium idoneum. Piana autem Constitutionis verba sequuntur: *Romani Pontificis providentia, & infra: Hac nostra Constitutio perpetuo sancimus, decernimus, & declaramus decretum Concilii Tridentini de approbatione Regularium audiendis Confessionibus secularium præpositorum ab Episcopis facienda, observari debere etiam in omnibus Regularibus quorumvis Ordinum, etiam Mendicantium, etiam sub Regulari disciplina viventibus, etiam si sint Lectores, aut in Theologia, etiam de Superiorum suorum licentia graduati, vel promoti, vel à suis Magistris Generalibus, vel Provincialibus Ministris secularium Confessionibus audiendis expositi. Volumus tamen eos, qui semel ab Episcopo in Civitate, & Diocesis suis prævio examine approbati fuerint, ab eodem Episcopo iterum non examinari, ab Episcopo autem successore pro majori conscientia sua quiete examinari de novo poterunt. Inhibentes quibuscumque Regularibus quorumvis Ordinum, etiam Mendicantium, ut præfertur, ne vigore deputationis, & approbationis ab eisdem Magistris, & Ministris Provincialibus, etiam quod illarum occasione ab Ordinariis hucusque tolerati fuerint, absque speciali in posterum licentia, & approbatione ab Ordinariis obtinenda, secularium Confessiones audire præsumant. Decernentes irritum; & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac nostris literis prædictis, & aliis postea quibuscumque Regularibus concessis, & forsan extensis, quas ad ea quæ presentibus adversantur, & contrariantur, penitus, & omnino revocamus, &c.**

Refert novissime Salgado de supplicat. ad Sanctiss. part. 1. cap. 4. num. 4. quod Philippus II. Hispaniarum Rex supplicavit à dicto Brevis, & instanter petiit humiliter à Sede Apostol. ejus revocationem, quodque propterea illud reformavit Gregor. XIII. de anno 1572. ut in Bullario tom. 1. pag. 1208. & seq.

46 Ex qua Piana Constitutione colligitur Regulares etiam Lectores, ac in Sacra Theologia Graduatos, cum approbati in secularium Confessarios desiderant, posse ab Episcopis, si voluerint, examinari, ut tenent Suar. tom. 3. disp. 28. sect. 4. Miranda d. quest. 45. art. 9. conclus. 1. Gutier. canon. lib. 1. cap. 6. n. 9. Henriq. lib. 3. cap. 6. §. 2. Joan. Valer. d. verb. Nullitas, differ. 5. vers. sexto, Lezana in sum. cap. 19. n. 6. & me citato in hoc loco, Homobon. de Bonis de examine Ecclesiast. p. 2. tract. 12. cap. 3. quest. 13. resolut. 1. in fine, pag. 447. An Religiosus præsentatus à suo Prælato, & ab Episcopo approbatus, possit virtute Bullæ eligi postquam ei à suo Prælato prohibitum est ne Confessiones secularium audiat? Vide Trullench. dict. lib. 1. §. 7. cap. 1. dub. 6. per tot.

47 Formam datam in Clem. dudum, de sepult. circa Confessarios Regularium coram Episcopis, & Ordinariis faciendam præsentationem, nullatenus esse per Concil. Trident. derogatam, & revocatam, quin verò per ipsum confirmatam, & approbatam, & eadem quàm maximè conformem, tenet Navar. in man. cap. 27. num. 264. in fine, Fr. Emman. quest. Regul. tom. 1. q. 59. art. 2. & in addit. ad explic. Bull. Cruc. §. 9. n. 30. Fr. Ludov. Mirand. q. 45. art. 6. Contrarium tamen

verius videtur, prout quotidie usus edocet, & post Paris. Flam. firmant Cochier de jurisdic. Ordinarij in exemptos, p. 2. q. 45. n. 82. Hermosil. ad Greg. Lop. l. 53. gloss. 6. n. 32. tit. 5. part. quia hæc approbatio non est gratia, ut possit pendere à voluntate concedentis, sed tantum authenticum instrumentum sufficientiæ talis personæ; testimonium verò semel datum non potest revocari, Ducen. reg. 233. Cordub. in addit. ad compend. verb. Absolutio, §. 16. & verb. Præsentatio, Vega tom. 1. cap. 62. casu 8. Villalob. in summa, tract. 9. diff. 73.

Neque prædicta Pij V. ordinatio revocata fuit per 48 reductionem privilegiorum Regularium ad terminos Concilii Tridentini, factam, ut declaravit Sacra Congreg. relata per Confect. in sum. tit. 17. cap. 5. Circa illam questionem an Episcopus, etiam idem qui approbavit, possit non solum seculares, sed etiam Regulares iterum examinare, & indignos reprobare: videndum est Sacra Congregat. decretum, quod sequitur: Congregatio Concilii censuit Regulares ad audiendas in civitate, & Diocesi secularium Confessiones semel ab Episcopo, prævio examine approbatos, iterum ab eodem Episcopo non esse examinandos. Ceterum à successore posse utique examinari, juxta Constit. Pij V. datam 8. Id. August. Pontif. sui anno 6. qua à felicis record. Greg. XIII. non est revocata per reductionem privilegiorum Regularium ad terminum Concilii. referunt Fr. Emman. in Bull. Cruciate, §. 9. n. 32. & quest. Regul. tom. 1. q. 59. art. 4. Ludov. à Cruce in exposit. Bullæ, disp. 1. cap. 2. dub. 9. n. 2. Trullench. in simili exposit. lib. 1. §. 7. cap. 1. dub. 7. n. 10. Lezana in sum. c. 18. n. 7. Fagundez in quinque Ecclesia præcepta, part. 1. lib. 7. cap. 2. num. 20.

Ex quo cum Suárez tradit Campanil. dict. rub. 11. cap. 13. num. 70. & dicit decisum Armend. in addit. ad recop. legum Navar. d. tit. 29. lib. 1. n. 14. & novissime de anno 1629. in civitate Cordubeni. fuisse observatum refert Hermosil. ubi supra, num. 34. posse scilicet successorem in Episcopatu vocare etiam generatim ad examen approbatos omnes, quamvis simpliciter, & quos idoneos minimè invenerit, rejicere, resolvunt Mirand. in man. Prælat. tom. 1. quest. 45. art. 7. conclus. unica, Ugolin. de potest. Episcopi, cap. 20. n. 3. & 4. Fernandez in exam. Theolog. moral. part. 3. c. 19. §. 8. num. 5. Villalob. in sum. tract. 9. diff. 63. num. 7. Diana part. 3. tract. 2. resol. 27. Campanil. in divers. Juris Canon. rub. 12. cap. 13. num. 70. Boss. d. sect. 3. casu 2. num. 43. Joan. Sanc. in select. q. 40. n. 15. & disp. 48. n. 18. vers. docent, me citato in hoc loco, Torreblanca d. lib. 14. cap. 3. num. 6. cum seqq. ubi n. 24. refert S. D. N. Urbani VIII. Breve Episcopo Cordubensi transmissum, quo declaratur Regulares in civitate, & Diocesi Cordubensi à prædecessoribus Episcopis examinatos, & approbatos ad Confessiones personarum secularium audiendas, ab Episcopo successore pro majori conscientia suæ quiete posse iterum examinari, ac si minus idonei reperti fuerint, reprobari; quamvis Henriq. d. cap. 6. §. 6. dicat successorem non posse revocare, nisi causa suppetat, eaque cognita, & probata, ac nominatim facta, in tantum quod neque generalis sufficiat revocatio, quem videtur sequi Fagundez d. lib. 7. cap. 2. n. 30. Sed advertite solum successorem in dignitate & jurisdictione, non autem in jurisdictione tantum, ut est Capitulum Sede vacante, posse semel absolutè approbatos prævio examine iterum ad examen vocare, & probare, vel reprobare, prout noverit esse, vel non esse idoneos: ita ex quodam privilegio Clementis IV. resolvit Boss. d. sect. 3. casu 2. num. 47.

Circa Regulares Confessarios ab Ordinariis semel 50 approbatos simpliciter, & absolutè, quod non possunt ab ipsis ab audiendis Confessionibus suspendi, statuit Pius V.

Pius V. in d. sua Constit. relata supra n. 45. & per eam idipsum resolvunt Fr. Emman. in Bull. Cruciate, §. 9. n. 3. & 39. Henriq. in sum. lib. 6. §. 6. Miranda d. tom. 1. q. 45. art. 7. Philibert. Miranda in tract. tempor. pestilent. part. 5. cap. 4. n. 8. cum seqq. Boll. d. sect. 3. casu 2. n. 39. nisi ex nova causa, eaque ad Confessiones ipsas pertinente, tenent Gavant. in manuali Episcop. verb. Confessor, n. 23. & 24. Peirinis de privileg. Minim. tom. 1. constit. 2. Sixti IV. §. 11. n. 45. Lezana in sum. quest. Regul. c. 19. n. 7. cum seqq. Diana resol. moral. p. 3. tract. 21. resol. 22. & part. 4. resol. 20. Marchin. tract. tempor. pestil. part. 5. c. 4. n. 9. Boll. d. sect. 3. casu 2. n. 40. & ita declaravit Sacra Congreg. Illustriss. Card. negotiis Episcoporum, & Regularium prepositorum, in hæc verba: Cum Sacra Congreg. Cardinalium negotiis Episcoporum, & Regularium prepositorum innotuerit Confessarios Regulares graviter conqueri, quod ab Archiepiscopis, Episcopis, & locorum Ordinariis ab audiendis Confessionibus quavis de causa indiscriminatim suspendantur, & propterea saepe contingere, ut ab eisdem Archiepiscopis, Episcopis, & locorum Ordinariis omnibus simul unius Conventus Confessariis confessiones audiendi facultas adimatur; Illustrissimi ejusdem Sacra Congregationis Patres rati vix fieri posse, ut hoc sine scandalo, magnoque animarum pernicie contingat, re mature perpensa, ad omnem scandali materiam summo vendam, & quo magis spirituali piarum mentium consolationi consulatur, statuunt, & decernunt, Archiepiscopis, aliisque Ordinariis locorum, ad quos Confessarios approbandi jus spectat, Confessarios Regulares, alias ab ipsis liberè approbatos, ab audiendis confessionibus suspendere posthac minimè licere, nisi ex nova causa, eaque ad Confessiones ipsas pertinente, aut ob non servatum interdictum ab ipsis Ordinariis positum. Statuunt insuper eosdem Archiepiscopos, Episcopos, locorumque Ordinarios Confessiones audiendi facultatem omnibus simul unius Conventus Regularibus Confessariis, eadem Sacra Congregatione inconsulta, nullo pacto adimere posse. Quod quidem decretum, ut iidem Illustrissimi Patres opportunum, & necessarium duxerunt, ita inviolabiliter jubent observari. Roma 20. Novembr. 1615. Anton. Mar. Episcop. Oitien, Cardin. Gullus V. Theatin. Secr. Refert Marcel. Vulp. in praxi, cap. 35. num. 26. & Lezana d. cap. 18. num. 9. & alias declarationes refero de Jure Eccles. unic. lib. 1. cap. 43. num. 206. cum multis seqq.

De approbationibus generaliter, & indistinctè, vel indeterminatè ad locum, seu tempus certum dandis extat decretum Sacra Congreg. Concil. Trid. relatum apud Confect. dict. loc. cap. 4. de anno 1587. sub die 2. Julij; ut sequitur: Regulares qui ad Confessiones audiendas idonei generaliter ab Ordinariis, eorumve examinatoribus reperti, & probati fuerint, generaliter quoque, & indistinctè absque aliqua limitatione temporis, certorumve locorum, aut generis personarum admittantur in Diocesi propria. De ceteris verò, qui non adeo idonei reperientur, si petierint se admitti, arbitrio Ordinariorum relinquatur ipsos cum limitata facultate, prout iisdem Ordinariis magis expedire videbitur; probare, & admittere. Qui autem in domibus laicorum Confessiones ex causa audierint, statim Parochum admonere teneantur, & fidem audita Confessionis pro Medico adveniente relinquere.

Ex quibus consequens fit, Regularium jurisdictionem à jure, vel à Papa eis tributam restringi, seu dilatari per ipsam approbationem Ordinarij: justa enim atque legitima existente causa, certum est, posse Episcopos Confessariorum Regularium approbationem, ac jurisdictionem restringere & limitare ad certum locum, tempus, sive personas. Ita Gutier canon. lib. 1. cap. 27. num. 18. & 19. Suar. tom. 3. disput. 28. sect. 7. dub. 6. Fr. Emman. quest. Regul. tom. 1. q. 59.

art. 8. Miranda d. quest. 45. art. 10. concl. 1. me citato Homobon. de examine Ecclesiastico, tract. 8. cap. 2. q. 7. in princip. vers. secundo, Ugolin. de officio Episcopi, cap. 20. num. 6. Cened. canon. lib. 1. quest. 38. num. 20. & 21. Diana part. 3. tract. 2. resol. 15. Lezana in sum. quest. Regul. cap. 18. num. 8. Fagundez in quinque Ecclesia precepta, part. 2. lib. 7. cap. 2. num. 17. & ita quando sub conditione fuit licentia data, illa non impleta, cessat facultas, ut per Gemin. conf. 106. vers. 2. ad idem.

Unde minus bene Fr. Emman. quest. Regul. tom. 1. 53 quest. 59. art. 4. & tom. 3. q. 32. art. 6. Zerol. in praxi Episcop. part. 1. verb. Confessores, §. 1. Fr. Joan. de la Cruz de statu Relig. lib. 2. cap. 6. dub. 4. concl. 3. & alij asserere videntur semel approbatum ab aliquo Episcopo, minimè esse ab eodem postea examinandum; licet autem eorum opinio possit procedere in approbato indistinctè, minimè tamen est admittenda; quando fuerit cum aliqua limitatione; quia si ad aliquod expressum tempus admittus fuerit, lapsò eo tempore, dicitur facultas ipsa denegata, ex reg. quam tradit Calvac. Fivil. decis. 1. num. 32. part. 5. & ita cum semel sit extincta, ut iterum concedatur, potest Episcopus talem examini subicere. Et sic declaravit S. D. N. Urbanus VIII. in dicto Brevi Episcop. Cordubens. directo, statuens approbationem hujusmodi obtinentes ad certum tempus, non posse Confessiones audire absque nova ipsius Episcopi approbatione & licentia, prævio etiam, si ei libuerit, novo examine, ut refert Torreblanca d. lib. 14. cap. 3. n. 24. Dixi, ab eodem; quia ab alio alterius Diocesis bene poterit examinari, Fr. Emman. in explicat. Bulla Cruciate, §. 9. num. 31. & quest. Regul. tom. 1. q. 59. art. 5. Gutier. canon. lib. 1. quest. 27. num. 6. Nicol. Garc. d. part. 5. cap. 8. num. 87. quos refert, & sequitur Hermosil. d. loco, num. 33. Intelligerem tamen supradicta, quatenus habent, admissos sine ulla restrictione temporis minimè posse impediri, ne in posterum Confessiones audiant, ut procedant, nisi justa revocandi superveniret causa: nam tunc hujusmodi facultas etiam simpliciter concessa poterit, sine dubio, eodem concedente suspendi, aut retractari, ut inquit Sylvest. Confess. 2. n. 11. Henriq. d. cap. 6. §. 6. Suar. tom. 4. disp. 28. sect. 8. num. 3. Fagundez d. lib. 7. cap. 2. n. 32. Hodie attenda declaratione, de qua supra num. 10. intelligendum est justa existente causa ad Confessiones ipsas pertinente.

Sacerdos Religiosus approbatus ab Ordinario, prohibitus tamen à suo Superiore Confessiones audire, licet peccet contra præceptum Prælati, validè tamen absolutionem impartitur, quia licet in Clem. dudum, de sepultur. dicatur quod Episcopus debet admittere ad audiendas Confessiones Religiosos præsentandos à suis Prælati, tamen nec ibi, nec alibi dicitur, quod non possit ipse conferte jurisdictionem Religiosis absque tali prævia præsentatione, imò oppositum colligitur ex d. Clem. in vers. per hujusmodi. Ita Jacob. de Graff. in aureis decis. part. 1. lib. 1. cap. 13. n. 88. Navar. in man. cap. 4. num. 2. & cap. 27. num. 266. Fr. Emman. in Bulla Cruc. §. 9. num. 10. Zerol. in praxi de poenit. cap. 16. q. 7. vers. respondeo primò, Salas de legib. disp. 16. sect. 10. num. 43. Joan. à Cruce de statu Relig. lib. 2. cap. 6. dub. 2. concl. 2. Homobon. de exam. Eccles. part. 1. tract. 7. cap. 16. num. 77. Lezz. in sum. quest. Regul. d. cap. 18. num. 12. & cap. 19. n. 12. Mirand. in man. Pralat. tom. 2. q. 45. art. 11. Villalob. in sum. tom. 1. tract. 9. dub. 50. n. 14. Layman. d. lib. 5. tract. 6. cap. 10. num. 15. vers. 2. Boll. d. sect. 3. casu 2. num. 185. Ludov. à Cruce in exposit. Bulla Cruc. disp. 1. cap. 2. dub. 16. à num. 5. ubi num. 8. subdit per accidens contingere posse, ut absolutio impensa à Religioso, cui prohibitum est à suo Prælati Confessiones

excipere, sit invalida, ut si esset nominatim suspensus, aut excommunicatus, aut si pœnitens sciens illi Religioso esse prohibitum à suo Prælato sub mortali audire Confessiones, nihilominus illi confiteretur. Quamvis Sylvest. Lop. Corrad. Fr. Emman. Campan. & alij, quos refert, & sequi videtur Boll. *dist. loco, num. 186.* contradicant.

54 Adderem etiam Regulares semel ab aliquo Antistite approbatos, extra diœcesim ipsiusmet Episcopi approbantis non posse dare operam auditioni Confessionum, prout tradunt Sylvest. *verb. Confessor 1. §. 14. & eod. verbo 2. §. 4.* Navar. *in man. cap. 27. post n. 266. vers. 6.* Benev. *de pœnit. cap. 26. q. 3. dub. 2.* Vivald. *in candel. aureo, p. 1. sub titul. de absolutione, num. 50.* Mirand. *d. quest. 45. art. 17.* Tamburin. *d. tom. 1. disp. 6. q. 14. num. 1.* Lezana *in sum. quest. Regul. cap. 19. num. 4.* Boll. *d. sect. 3. casu 2. n. 36.* Trullench. *d. lib. 1. §. 7. c. 1. dub. 5.* Torreblanca *d. lib. 14. cap. 2. à num. 23.* & comprobatur apertissimè ex privilegio Vener. Presbyteris Congregationis Oratorij concessio à Sixto V. quo indulgetur illis, *ut cum fuerint Romæ approbati ad Confessiones audiendas, non debeant amplius extra Urbem examinari à locorum Ordinariis, sed illis sufficiat presentare eorum licentias Romæ habitas,* refert Quar. *in sum. Bullar. verb. Confessor.* Si enim Jure id eis liceret, nequaquam speciali gratia illis concederetur, & ita resolvit Miranda *d. q. 45. art. 8. concl. unic.* Sed clariùs id colligitur ex sequenti decreto. *Die 22. Maij 1610. in una Germonensi: Sacra Congreg. Concilij censuit Confessarios extraordinarios ab Episcopo approbatos ad Confessiones audiendas, sive sint Regulares, sive seculares, nullo pacto eas audire posse extra diœcesim Episcopi approbantis, quamvis Confessores sint eidem Episcopo subjecti.* Pro coronide hujus duodecimæ observationis te scire volo quæ supra diximus de restrictione, & revocatione licentiarum ab Episcopis ipsis Regularibus concessarum pro Confessionibus audiendis, in casibus enumeratis locum habere quantum ad jurisdictionem ab ipsis Episcopis delegatam tantum, quare poterit Generalis Religionis, aut Provincialis expositum, & approbatum Confessorem ab Episcopo reprobare, & apud quosdam (ut apud Patres Jesuitas) etiam potest jurisdictionem limitare circa personas certas audiendas, aut certos casus, ut vivæ vocis oraculo declaravit Gregor. XIII. pro Societate Jesu, ut refert P. Claudius *in compendio Societatis, verb. gratia, §. 2.* Stephan. Davila *de potest. Episcop. cap. 35. num. 3.* ubi ex ea ratione procedere ait, quia jurisdicção in Regulares non derivatur, nisi medio proprio Prælato, saltem Generali, & cum consensu ejus expresso, aut tacito, ne quid derogetur debitæ subjectioni, & obedientiæ erga proprios Prælatos: subditque ibidem *num. 4.* ex Sylvest. Angel. Lopez, Navar. Fr. Emman. Henriquez, & aliis, quod si Prælati expressis verbis non reprobet, sed tantum prohibeat audire Confessiones, aut ne junior Sacerdos (licet sit doctus, & pius) audiat fœminarum Confessiones, propter periculum, aut deceniam personæ, aut Ordinis, non tollit propterea approbationem à se, vel ab Episcopo datam, & valet absolutio postea data, quam prohibitus impendit sæcularibus vitis, aut fœminis; & quia peccat contra Prælati prohibitionem rationi consentaneam, posset utique ab illo puniri.

55 Utrum Prælati Religionum possint sine approbatione Ordinarij audire sæcularium Confessiones? Negativam sententiam sustinent Suarez *tom. 4. disput. 48. sect. 4. n. 21.* Fr. Emman. *in Bull. Cruc. §. 9. dub. 1. n. 4.* Diana *moral. resol. p. 1. tract. 16. resol. 46.* Fr. Ludov. à Cruce *in Bull. Cruc. disp. 1. cap. 2. dub. 11.*

Decimotertiò, observa facultatem ab Episcopo pro audiendis Confessionibus ad sui arbitrium, & bene-

placitum concessam quandoque ab eo revocari posse, juxta tradita per Corn. *consil. 92. sub num. 31. vol. 2.* non solum expressè, sed etiam tacitè, scilicet morte ipsius Episcopi concedentis; morte enim extinguitur beneplacitum, *cap. si gratiose, de rescript. lib. 6. & §. gratia ad beneplacitum Papæ, vel Regis, morte Pontificis, vel Regis expirat, Gonzal. ad reg. 8. Cancell. §. 1. proœm. num. 9. cum seqq. & glos. 12. à princ.* alij Doctores refero *de clausulis usufreq. claus. 3. n. 2. cum seqq.* & infirmant in hac quæst. Peirinis *ad priv. Minim. tom. 1. constit. 2. Sixti IV. §. 2. n. 4.* Diana *p. 3. tract. 2. resol. 26.* Boll. *d. sect. 3. casu 2. §. 1. n. 10.* Campan. *d. rub. 12. cap. 13. n. 64. ubi n. 67.* cum aliis tenet superveniente excommunicatione, tam delegantis, quam expositi, licentiam pro audiendis Confessionibus non esse revocatam, licet enim expositus excommunicatus prohibitus tunc audire dicatur, quin etiam in certis casibus suspensus, in tantum quod si audeat pœnitentes absolvere, sit invalida absolutio ab eo impensa; nihilominus revocatam propterea facultatem esse audiendi non est dicendum, cum impetrata deinde absolutione à censura, validè, & justè prædicta facultate uti valeat.

An approbatio semel ab Episcopis Sacerdotibus sæcularibus simpliciter impensa, possit revocari quoties Episcopi voluerint? Affirmat esse ad nutum revocabilem, Vivald. *in Candelabro aureo, ubi de Confes. n. 27. concl. 2.* Non posse tamen Episcopum sine justa causa approbationem Sacerdotibus sæcularibus suis subditis etiam semel datam revocare, data autem, & probata justa causa, posse docet Henriquez *lib. 3. de Pœnit. cap. 6. §. 6.* Suar. *d. disp. 26. sect. 7. n. 7.* quos refert, & sequitur Fagundez *d. lib. 7. cap. 2. n. 61. ubi num. 43.* resolvit si approbatio fuit facta ab Episcopo, usque ad beneplacitum suum validam, & licitam esse revocationem illius sine ulla causa factam; si verò non hoc modo fuit concessa, sed simpliciter, vel ad tempus, vel in perpetuum, invalidam omnino esse revocationem sine causa factam. Causa autem justa illa erit, quæ ad confessiones ipsas spectaverit, ut supra ex declaratione Cardinalium vidimus *num. 50.* Prout etiam erit si contingat confessarium abjurare de vehementi, quia ampliùs ad audiendas confessiones non debet admitti, ut resolvit Laurent. de Franchis *in contr. inter Episc. & Regul. pag. 279. in resp. ad 4.* ubi etiam refert *in sacra Congregat. generalis Inquisitionis, fuisse decisum die 6. Martij 1596.* Sacerdotem jurantem de levi non esse impeditum exercere omnes Ordines, & Sacramenta ministrare, ac fidelium etiam sæcularium confessiones audire, secus in abjurante de vehementi.

Dubium non parum controversum est, utrum scilicet Sacerdos, qui ex commissione, & delegatione speciali Episcopi potest audire Confessiones, dum est excommunicatus communiter occultus, validè absolutionem præstet illi, qui hujus excommunicationis ignarus non est? In hoc eventu dicendum puto, hujusmodi Sacramentum validum esse ex parte jurisdictionis per Ecclesiæ tolerantiam in his terminis conservatæ in ipso excommunicato occulto ministrante, si aliunde non ponatur obex, scilicet vel ex parte materiæ, vel formæ, aut intentionis in ministro requisitæ, quæ resolutio ex eo probatur, quia Extravagans *ad evitanda scandala,* dum decrevit solos excommunicatos denunciatos, ac notorios clerici percussores vitandos esse, id non restrinxit ad solos Parochos, sed universaliter loquuta est in omnibus excommunicatis, itaut cum omnibus non denunciatis, aut non notoriis clericorum percussoribus communicationem fidelibus indulgeat, ita ex mente Caietan. Navar. & Medin. quos refert, & sequitur, tenet Sanchez *de matrim. lib. 3. disput. 22. num. 39.* tenent etiam

etiam Suarez de censur. disput. 11. sect. 4. Chamer. d. loco, dub. 15. Henriq. in sum. lib. 13. de excom. cap. 6. sub §. 4. contra Angel. & alios relatos ab eodem Sanchez d. disp. 22. sub n. 26. pro quibus non facit, quod gesta per iudicem delegatum putativum non sustinentur ex errore communi, ut voluerunt Innocent. in cap. cum dilecta, n. 1. de rescriptis, Angel. & alij, ut per Gabr. tom. 3. com. tit. de probationib. n. 31. & per Masc. concl. 649. n. 37. quia respondetur oppositum verius esse, ut docent Anton. in d. cap. dilecta, n. 15. & alij, ut per Sanch. ubi proximè, n. 6. communis, ut per Abb. in d. cap. cum dilecta, n. 10. & per Gabr. d. n. 31. ac Mascard. n. 58. dictis locis. Deinde pro Angelo, & sequacibus non facit, quod in his, quæ geruntur ab inhabili tanquam privato, non prodest communis error, ut existimantur Innocent. in cap. cum dilectus, n. 4. & 5. de consuet. Card. in Clem. 1. ad finem, de regularibus, & alij, ut per Sanch. d. disp. 22. n. 26. & per Mascard. qui in hanc sententiam magis inclinat, d. concl. 649. n. 35. & 36. & concl. 705. n. 22. quia ultra quàm quod opposita sententia verior sit, ut satis constat ex l. 1. C. de testam. sequitur Sanch. d. loco, n. 39. respondetur officium Confessoris delegati non esse privatum, sed potius publicum, dum scilicet utitur iurisdictione, quæ necessariò publica dicenda est, ex eo quia procedit à jure publico, cujus virtute sibi commissio facta fuit, ut optimè considerat Bart. in l. Barbarius, n. 5. ff. de officio Praesidis. Abb. in d. cap. cum dilecta, num. 10. per text. in lib. 3. in fine, ff. de iurisd. omnium iudic. sequitur Sanch. d. num. 39.

60 Verùm licet supradicta vera sint ex parte iurisdictionis per Ecclesie tolerantiam his terminis conservata in ipso excommunicato occultè ministrante; at tamen contrarium videtur resolvendum ex parte materiae, id est, ex parte contritionis requisitæ in ipso poenitente, videlicet tunc invalidum esse Poenitentiae sacramentum, nisi cum aliqua necessitate petatur ab huiusmodi clerico excommunicato. Probat ex eo, quia ubi non adest hæc necessitas, ut quia fidelis habet copiam alterius Sacerdotis non excommunicati, male facit petens Sacramentum ab huiusmodi excommunicato, cum eum inducat ad ipsius administrationem, ad quam supponimus non teneri ex debito, proindeque non posse ab eo licitè exerceri, utpotè sibi cum censura prohibitam: unde cum taliter petens in eo peccato perseveret in huiusmodi confessione, non potest censeri sufficienter contritus, ac subinde ex hoc capite nullum erit Sacramentum, quamvis ex alio capite iurisdictionis (cujus usus ex communi errore in tali clerico sustinetur) validum esse posset, si poenitens illi prædictum obicem non poneret: ita resolvit Navar. in man. cap. 9. num. 10. Suarez dict. sect. 4. num. 12. & saltem in casu, in quo totaliter excommunicatus paratus non sit ministrare huiusmodi Sacramentum, agnoscunt Guttier. canon. lib. 1. cap. 1. num. 47. & Henriquez dict. cap. 6. §. 4. licet illorum resolutio quatenus habet licere à Sacerdote, etiam non suo, postulare huiusmodi Sacramentum, si ipse paratus fuerit illud ministrare, mihi videatur in hoc eventu falsa, juxta vulgares resolutiones in hac materia de mercatore usuris exacturo, aut malefico parato maleficia patrare; quia neque ab his licet illa petere, quando licito modo potest aliter effici; ubi enim postulatur actus, qui sine peccato fieri non potest, tunc promptitudo rogati rogantem non excusat à culpa, & eodem genere peccati, ex ea ratione, quia talem actum petens consequativè petit ejus malitiam, utpotè ab ipso actu inseparabilem, proindeque sit actor, & causa morlis ejusdem actus, & malitiae, prout ad varios casus resolvunt Suar. de Relig. tom. 1. tract. 3. lib. 2. cap. 18. n. 2. cum seq. & tom. 2. tract. 5. lib. 3. cap. 13. n. 2. Martin. del Rio disquisit.

magiarum lib. 6. cap. 2. sect. 2. q. 2. versic. dico igitur 3. Sanch. de matrim. lib. 7. disp. 95. num. ...

Neque obstat, quod ex vi prædictæ Extravag. *Ad evitanda*, licitum est cuilibet fideli communicare cum excommunicato nondum denunciato, & occulto, qui aliàs non fuerit notorius clerici percussor; proindeque fidelem, etiam si absque necessitate petat ab alio Sacerdote non suo Poenitentiae sacramentum, utpote in hoc utentem jure suo, non peccare, nec posse censeri inductionem peccati: respondetur enim ex mente Suarez de censur. disp. 12. sect. 4. num. 12. per dictam Extravag. non esse permissam fidelibus omnem, & quamlibet communicationem cum excommunicato non denunciato, sed illam solum, quæ principaliter redundaverit in eorum favorem, non verò in favorem excommunicati. Planè ubi nulla adest necessitas, nec sufficiens ratio, aut causa petendi huiusmodi Sacramentum à prædicto Sacerdote excommunicato, administratio ejusdem Sacramenti jam non cedit principaliter in favorem petentis, sed dantis, quia in his terminis nihil interest petentis ab eo potius, quàm ab alio non excommunicato accipere: ergo sibi permittitur censeri non debet hæc ad sic petendum communicatio per dictam Extravag. ut ita per huiusmodi excommunicatum sustineatur onus, & gravamen, quod sibi per illum relictum est, abstinendi scilicet quantum moraliter posset ab huiusmodi ministerio, ac proinde illud ab eo taliter petens non potest dici utens jure suo, quia ad hanc petitionem nullum jus habet, sed potius censetur inductor, & particeps ejusdem peccati, quod excommunicatus in hac Sacramenti administratione committet. Quod tamen secus erit in Parocho excommunicato; ab hoc enim dum occultus in excommunicatione jacet, quamvis absque necessitate Sacramentum petatur, tamen petens dicitur adhuc uti jure suo, videlicet illo, quod sibi quæsitum est, ex eo quod huiusmodi excommunicatus toleratus sibi in suum Sacramentorum administratorem datus est à lege.

Decimoquarto, observa invalidam esse absolutionem Sacramentalem præstitam ab eo, qui hunc ministerio propria auctoritate, vel absolute, vel respectu hujus, vel alterius loci, se iniecit absque approbatione legitimi Superioris, quamvis communi errore approbatus censeretur, ut resolvit Sanchez de matrim. lib. 3. disp. 22. n. 54. unde si Sacerdos absque ulla approbatione, sive sine titulo, & auctoritate Superioris ad audiendas Confessiones, seu in officium Parochi se intrusit, licet communis error facti adsit, Confessiones illi factæ sunt invalidæ, retinendæ post habitam notitiam inhabilitatis illius Sacerdotis: ita Sanchez d. disp. 22. n. 49. Nicol. Garc. de benefic. part. 5. cap. 4. num. 281. Joan. Valer. de differ. inter utrumque forum, verb. nullitas, differ. 7. n. 245. Bossius d. sect. 3. casu 2. n. 153. contra Abb. in Clem. dudum, num. 35. de sepultur. oppositum existimantem respectu Dei, ubi ex parte contentis intervenit bona fides, prout eum refert Sanchez ubi proximè, sub num. 48. Verùm Abb. in prædictis verbis fortassè non dissentit à sententia ejusdem Sanchez, licet nimium tribuat prædicti contentis bonæ fidei, dum tamen constet ex ea non resultare prædictam absolutionem quoad Deum, id est quoad gratiam sanctificantem à Deo obtinendam, nisi ea bona fides pervenerit ad perfectam contritionem. † Ratio hujus observationis ea est, quia non sufficit solus communis error ad validitatem gestorum, sed ulterius oportet, ut illum præcesserit titulus officij exerciti, etiam si huiusmodi titulus invalidus sit, propter inhabilitatem recipientis, juxta resolutam per Henriq. in sum. lib. 6. de Poenitent. cap. 6. §. 2. in com. lit. E, & cap. 7. sub §. 2. Gregor. 1. 21. gloss. verb.

verb. facer, in fine, tit. 4. partita 1. Gabr. commun. lib. 3. tit. de probationibus, concl. 8. n. 20. Mascard. concl. 649. num. 91. & 101. Sanch. d. disp. 22. n. 49. & contra Morl. & alios sequitur multos citans Nicol. Garcia d. cap. 5. n. 181. cum seqq. quibus adde Ugolin. de potest. Episc. cap. 4. §. 1. n. 3. & Lessium de justitia, lib. 2. cap. 29. n. 65. hanc inferentes ad varios Juris articulos, in quibus resolvunt errorem communem per se solum, absque prædicto titulo, non operari validitatem gestorum, ut videre est in Indulgentiis concessis ab eo, qui absque ullo titulo communiter reputatur Prælatas, alioquin ad eas concedendas legitimus, ut ex Anchar. in cap. quod autem, à num. 9. de pœnit. & remiss. minus verè in contrariam sententiam citato, & ex Cardin. ac aliis resolvit Sanchez d. disp. 22. sub num. 34. contra Felin. & alios ab ipso relatos sub num. 48. absque bono fundamento oppositum tenentem: ita ut immeritò Mascard. d. conclus. 649. num. 4. in fine, dubius in hac quæstione manserit, nec ausus fuerit prior sententiæ adherere. Ex quibus jam colliges, valere Confessionem factam illi Confessario Sæculari, vel Regulari, qui communiter existimabatur approbatus, modò concurrat titulus approbationis, si non verus, saltem coloratus ex parte Sacerdotis, ut quia habetur communiter pro Parocho, licet titulum jam amiserit, quia renunciavit beneficium Parochiale, aut quia revera prius approbatus fuerat ab Episcopo, & ignoratur postea revocatam esse ex causa approbationem, aut quia approbatus fuit ad tempus, quod est jam elapsum, sed communiter putatur adhuc durare, quamvis Sacerdos sciat esse elapsum. Extra verò hunc titulum malum, aut bonum, seu potius coloratum, nullo modo valere talem Confessionem, docent ultra supra citatos, Navar. in man. cap. 19. n. 8. Fr. Emman. in sum. tom. 1. cap. 60. n. 3. Joan. Valer. d. verb. nullitas, differ. 6. num. 6. & differ. 7. n. 2. Basil. Pont. de matrim. lib. 5. cap. 19. n. 2. 11. & 15. Bossius d. sect. 3. casu 2. num. 244. cum seqq. & post Medin. Petr. Sor. Angel. Vega, & plures alios, Fagundez d. cap. 2. à num. 73. ubi n. 77. cum Sanch. resolvit, ut detur communis error, non sufficere errorem unius, aut alterius hominis putantis Sacerdotem adhuc esse approbatum; cum tamen non sit, cæteris id non existimantibus, sed sufficere si sit communis error in eo loco, ubi Confessio facta est, vel actus judicij externi, quia ibi communiter ignorabatur impedimentum defectus approbationis, & occultum erat, licet in alio loco notorium esset, de quo etiam Joan. Valer. d. verb. nullitas, differ. 6. num. 7. Basil. Pont. d. lib. 5. cap. 19. n. 4. Bossius dict. sect. 3. casu 2. num. 148. Non sufficet tamen error communis crassus, & supinus (ut si quis in eo oppido, ubi audit Confessiones, fuit publicè excommunicatus, & denunciatus de impedimento ob quod esset incapax illius officij audiendi Confessiones.) Ita Suarez tom. 5. de censur. disp. 14. sect. 2. numer. 16. Joan. Valer. d. verb. nullitas, differ. 6. num. 6. Basil. Pont. d. lib. 5. cap. 19. n. 4. Bossius d. sect. 3. casu 2. num. 147.

64 Decimoquintò, observa Regulares prædicta Episcopi approbatione indigere cum sæcularium tantum, quamvis Sacerdotum peccata audire cupiunt, ut supra ostendi num. 24. non autem si eorundem Regularium, quia tunc dispositio Concil. d. cap. 15. cessat, cum satis sit proprij Superioris Regularis approbatio, ut scriptum reliquere Molfes. in sum. tract. 7. cap. 14. n. 60. Hurtad. de Pœnit. disp. 10. diffic. 16. Lezana in sum. cap. 18. num. 27. Homobon. de Bonis de examine Ecclesiast. p. 2. tract. 5. cap. 2. q. 12. Suarez tom. 4. disp. 28. sect. 4. n. 4. Valquez tom. de Pœnit. q. 93. art. 3. dub. 3. n. 5. Valer. Reginald. lib. 1. n. 41. Campanil. in divers. Juris Canon. rub. 12. c. 13. n. 58. Villalob. in sum. tom. 1. tract. 9. diffic. 55. num. 1. & diffic. 49. num. 10. Fernandez

in examine Theolog. moral. cap. 9. §. 8. n. 10. Joseph. de Ortu Parochi, in speculo Paroch. cap. 10. n. 8. Coriolari. de casibus reservatis, p. 1. sect. 3. art. 16. Raguc. in lucerna Paroch. titul. de absolut. q. 120. Joan. Sanch. in select. disp. 49. n. 2. & sentit Fr. Ludovic. Miranda in man. Pralat. tom. 1. q. 45. art. 11. conclus. 1. qui etiam art. 12. conclus. 1. dilputat an Confessiones factæ Regularibus ab Episcopo præsentatis, atque ab eisdem approbatis sine suorum Superiorum Prælatorum licentia, & consensu, irritæ sint. Comprobatur præsens observatio ex decreto à Clement. VIII. relato per Quarant. in sum. Bullar. verb. Confessor.

Hinc fit, Prælatos, seu alios Religiosos Confessorum res cum approbatione tantum Prælati Regularis non posse audire Confessiones sæcularium, qui deserviant ipsorum Monasteris absque approbatione, vel licentia Episcopi; secus verò si sint verè de familia, & communes commensales, decisum refert Armendar. in additionib. ad recop. legum Navarra, lib. 4. tit. 28. l. 1. §. 1. de confitendo semel in anno, num. 10. De quo tamen consule Fernandez in examine Theologia moralis, p. 3. cap. 9. §. 8. n. 1. Homobon. de Bonis de examine Ecclesiastico, tract. 8. cap. 2. q. 7. in resolut. Joan. de la Cruz de statu Relig. lib. 2. cap. 5. dub. 4. & cap. 6. dub. 1. concl. 1. Suarez tom. 4. de Relig. tract. 19. lib. 9. cap. 4. num. 28. Laurent. de Peirinis tom. 1. privileg. Ordinis Minor. in annot. ad Constit. 8. Julij I I. n. 12. Alcan. Tamburin. de Jure Abbatum, tom. 2. disp. 6. q. 16. num. 4. Bossius d. sect. 3. casu 2. num. 32.

Ex quibus inferitur, posse Clericos Ordinum Militarium sub clausura viventes, absque approbatione Episcopi auscultare confessiones aliorum virorum sub eadem clausura viventium, sive etiam Monialium, Lezana in summa quæst. Regular. cap. 18. num. 27. Thom. Sanch. de matrim. lib. 2. disp. 18. n. 7. Joan. Sanch. in select. disp. 49. num. 9. ubi etiam subdit facultatem etiam habere eligendi Confessarium non approbatum ab Episcopo, Sacerdotes Ordinum Militarium S. Jacobi, Alcantaræ, & Calatravæ, &c. qui in communitate, & sub clausura vivunt, & num. 11. asserit se existimare probabile esse horum Ordinum Militarium Sacerdotes posse audire aliorum Militum suorum Ordinum confessiones absque approbatione Episcopi, & se subicere ad confitendum Sacerdoti sæculari non approbato per Episcopum: & antea num. 7. resolvit Sacerdotem sæcularem, quamvis non approbatum per Episcopum, habilem esse ad confessionem Regularis viri, vel fœminæ excipiendam: & hinc num. 9. infert, quòd si alicui Regulari à Superiore concedatur licentia eligendi sibi confessorium, quem vellet in itinere, posset quidem tunc eligere Sacerdotem sæcularem non approbatum ab Episcopo, & post alios citat Henriq. in sum. lib. 6. cap. 13. num. 1. Vivald. in candel. aureo, tract. de absolut. num. 22. Ochagav. tract. 9. quæst. 38. num. 4. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 1. num. 176. & lib. 8. num. 38. Laurent. de Peirinis de Relig. subdito, q. 1. de obedient. cap. 21. conclus. 7. Diana moral. resolut. part. 3. tract. 2. resol. 30.

Utrum autem quando tempore Jubilæi cuilibet tam Sæculari, quàm Regulari facultas eligendi quemcumque idoneum confessorem conceditur, integrum sit ipsi Regulari extra Religionem confiteri? Non posse ex decreto Clement. VIII. incip. Ad perpetuam rei memoriam, resolvunt Ugolin. de Officio Episcopi. cap. 7. §. 2. Fr. Ludovic. Miranda in man. Pralat. tom. 1. q. 34. art. 15. Homobon. de Bonis d. tract. 5. cap. 2. quæst. 13.

66 An Religiosus confessarius ex deputatis à Prælato, vel electus virtute Bullæ Cruciatæ, vel alicujus Jubilæi, ab alio Religioso ejusdem Monasterij pro aliquo casu Sedi Apost. reservato, teneatur etiam approbati

bari ab Episcopo ? Negat Fr. Emman. *exposit. Bullæ Cruc. §.9. dub.6. num.9.* Affirmativè Fr. Ludov. Lopez *in instruct. conscient. cap. 16. versic. secundo dico, in fine, pag. 139.* Henriq. *d. lib. 3. de Pœnit. cap. 6. §. 4. in comment. lit. K, & §. 9. & de Indulgent. cap. 12. §. 4. versic. si verò Regul. Petr. de Ledesma in sum. p. 1. de Sacram. ubi de Sacram. pœnit. cap. 23. lib. 6. Suar. d. disp. 28. sect. 6. num. 11.* quos refert, & sequitur Joan. Valer. *d. verb. absolutio, different. 1. num. 33.*

An quicumque confessarius ab Ordinario approbatus possit tempore Jubilæi absolvere Moniales à peccatis, vel à casibus, & censuris reservatis ? Affirmativam sententiam tenet Bonac. *de sacrament. disp. 5. q. 7. puncto 3. §. 1. num. 22. in fine.* Negativam verò sustinent Barthol. à S. Fausto *de Jubilæo, lib. 4. q. 78.* Alphons. Leo *eod. tract. part. 2. quest. 9. num. 25.* Suarez *in enchirid. casuum conscient. lib. 6. verb. Indulgentie, §. tempore Jubilæi, Molfes. in sum. tom. 1. tract. 7. cap. 16. num. 31.*

Unde consequens fit, Confessores in monasteriis Monialium, quæ sub cura Regularium sunt, non esse examinandos ab Episcopo, prout decisum refert Armendar. *d. §. 1. de confitendo semel in anno, n. 17.* Ex facultate tamen Concilij Trident. *sess. 25. de Regular. cap. 10.* potest Episcopus dare Confessorem Monialibus subjectis Regularibus, quem scilicet voluerit, etiam alterius Ordinis, ut observant Galet. *in margarita casuum conscientie, verb. Confessio, & verb. Monialis,* Aloys. Ricc. *in præxi fori Eccles. resol. 638. in 2. edit. Armendar. citato loco, n. 17. & 18. † Et sufficere, si examinatus fuerit à suo Superiore ad audiendas Confessiones Monialium, resolvit Azor. institut. moral. p. 1. lib. 13. cap. 9. q. 2. vers. quares an Confessarij, & Arb. in suis annot. ad compend. Mendicanium, verb. Moniales, vers. quod præter, ubi subjungit confessores ordinarios deputandos ad confessiones Monialium non subjectarum Episcopis, sed aliis, non ab ipsis Episcopis approbandos esse, sed à Superiore Ordinis; cujus restringit Campan. *in diversorio Juris Canon. rub. 12. cap. 16. num. 33.* in casu de quo ipse testatur vidisse declarationem à Sacra Congregat. quæ censuit ex facultate decreti Concilij *d. cap. 20.* posse Antistitem dare confessorem Monialibus subjectis Regularibus, quæ nulla ex ratione induci possunt, ut suis Regularibus peccata confiteantur.*

Nullam verò auctoritatem, vel jurisdictionem posse sibi Ordinarios vindicare ex decretis Concilij Tridentini in confessarios Monialium, quæ subjectæ sunt Regularibus, refert decisum Armendar. *in addit. ad recopil. legum Navarra, lib. 2. titul. 18. l. 7. de Relig. num. 88.*

Hodie tamen aliter se res habet quoad approbationem confessariorum in Monasteriis Monialium deputandorum, ex novissima Gregorij XV. Constitutione de exemptorum privilegiis, quæ incipit, *Inscrutabili, sub dat. nonis Februarij 1622.* in hæc verba: *Confessores verò, sive Regulares, sive Saculares, quomodocumque exempti, tam ordinarij, quàm extraordinarij, ad confessiones Monialium etiam Regularibus subjectarum audiendis nullatenus deputari valeant, nisi prius ab Episcopo Diocesano idonei judicentur, & approbationem, quæ gratis concedatur, obtineant, liceatque Episcopo ex rationabili causa Superiores Regulares admonere, ut hujusmodi Confessores amoveant, iisque Superioribus id facere detrectantibus, aut negligentibus, habeat Episcopus facultatem prædictos confessores amovendi quoties, & quando opus esse judicaverit.* Hactenus Constitutio, pro cujus explanatione hac de re vide Lotter. *de re benef. lib. 2. quest. 24. num. 70. cum seqq.*

Postmodum Sacra Congreg. Illustrissimorum Cardin. Concilij Tridentini Interpretum super prædicta Constit.

inter alia censuit, confessores extraordinarios Monialium nullatenus posse post d. Constit. illarum confessiones audire, nisi prius ab Episc. diocesano idonei judicentur, & approbentur; ordinarios verò confessores ante Constitutionis publicationem deputatos posse durante triennio ab eorum deputatione inchoando pergere in Confessionibus Sanctimonialium audiendis absque alio examine, & approbatione Episc. Quod si contingat, eorum facultates à Sede Apostolica ultra triennium prorogari, tunc debere eos ab Episc. examinari, & approbari.

Censuit pariter eadem Sacra Congreg. Superiores Regulares electos, seu deputatos ante ipsius Constit. publicationem, quibus alioquin facultas competeat audiendi confessiones Monialium sibi subjectarum, posse durante eorum officio pergere sine alia Episcopi approbatione in confessionibus audiendis illarum tantum, quæ sponte ac proprio motu id ab eis petierint. At verò eos, qui post Constitutionem eligentur, aut quoquo modo deputabuntur, vel qui in eorum officiis, seu dignitatibus, expleto jam tempore à Constitutionibus cujusque Ordinis, vel aliàs legitimè præfinito, ad aliud tempus confirmabuntur, nequaquam posse Sanctimonialium confessiones audire, nisi prius à Diocesano Episc. idonei judicati, atque approbati fuerint.

Regulares generaliter ab Episcopo approbatos ad confessiones personarum secularium audiendas, nequaquam censeri approbatos ad audiendas confessiones Monialium sibi subjectarum, sed egere quoad hoc speciali Episc. approbatione.

Regularium ad audiendas confessiones Monialium unius Monasterij ab Episcopo approbatum, minimè posse audire confessiones Monialium alterius monasterij.

Confessores extraordinarios semel deputatos, atque approbatos ab Episcopo ad Monialium confessiones pro una vice audiendas, haud posse pluries in vim approbationis ejusmodi illarum confessiones audire, sed ab Episcopo toties esse approbandos, quoties casus deputationis contigerit.

Episcopum, cui licet ex rationabili causa juxta dictam Constit. Superiores Regulares admonere, ut amoveant confessores Monialium, atque administratores honorum ad easdem Moniales pertinentium, non teneri ejusmodi causam significare Superioribus Regularibus, sed hoc relinqui arbitrio, & prudentia Episcoporum, quorum conscientias Sacra Congregat. serio oneravit. Hæc omnia in dictis Sacra Congreg. declarationibus habentur, quas quidem originales præ manibus habui, & postea in Typographia R. Camerae Apost. impressas vidi.

Denique observandum est, constitutos in articulo mortis, etiamsi sint excommunicati, & denunciati ob hæresim, vel ob aliud quodcumque delictum, & habentes peccata, etiamsi enormia, & reservata, posse absolvi à quocumque Sacerdote simplici per Concil. Trident. *sess. 14. de sacram. Pœnit. cap. 7. vers. ut nulla sit reservatio in articulo mortis,* docent Tolet. *in instruct. Sacerd. lib. 1. cap. 15. n. 1.* Azor. *institut. moral. tract. 1. p. 1. lib. 8. cap. 19. q. 5.* Ceval. *commun. contra communes, q. 82. n. 61. cum seqq.* Gattier. *canon. lib. 1. cap. ... n. 59.* Joan. à Chape de modo administr. *Sacramenta tempore pestis, ubi de pœnit. q. 5. & 6.* Cened. *ad Decretal. collect. 103. n. 3. vers. in mortis, Avila de censuris, p. 2. c. 5. dub. 3. disp. 3. concl. 4.* Sayr. *in simili tract. lib. 2. cap. 18.* Suarez *tom. 5. disp. 11. sect. 1. n. 14. & tom. 4. disp. 26. sect. 4.* Valent. *tom. 4. disp. 7. q. 10. punct. 2.* Zanbran. *de casibus in articulo mortis, prælud. 1. Bonac. de censuris, disp. 1. q. 3. punct. 3. n. 3. & disp. 2. q. 1. puncto 2. §. 4. n. 3. vers. secunda; & de censur. in Bull. Cœna reservat. disp. 1. q. 2. puncto 2. à n. 19.* Pauli Layman. *in Theol. moral. lib. 5. tract. 6. cap. 12.* Philibert. Malchin. *de bello divino, p. 3. cap. 3.* Filliuc. *quest. moral. tom. 1. tract. 7. cap. 8. quest. 8.* Coriolan. *de casibus reservatis part. 11*

part. 1. sect. 2. art. 16. Homob. de Bonis de humane vita statibus, part. 1. cap. 16. vers. porrò, & de casibus reserv. p. 1. cap. 1. Joan. Valer. de different. inter utrumque forum, verb. excommunicatio, differ. 23. novissimè Torreblanca in practicab. Juris spirit. lib. 14. cap. 10. n. 16. Fagundez in quinque Ecclesie precepta, part. 2. lib. 7. cap. 1. à n. 716. Anton. Ricciul. de jure personarum extra gremium Ecclesie existent. lib. 5. cap. 14. n. 18. Villalob. in sum. tom. 1. tr. 27. claus. 1. §. 12. me citato in hoc loco, Trullench. in exposit. Decalogi, lib. 1. cap. 3. dub. 7. n. 4. In mortis enim articulo nullam esse reservationem, per Concil. Trident. citato loco, asserunt Gutier. d. cap. 1. n. 58. Paul. Comitol. respons. moral. lib. 1. q. 21. n. 1. & q. 22. n. 2. & lib. 6. q. 14. n. 3. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 1. à n. 58. Campan. in diversorio Juris Canonici, rub. 1. n. 210. Ægid. de Coninch. de Sacram. & censur. tom. 1. disp. 8. n. 60. cum seqq. Sanch. in precepta Decalog. tom. 1. lib. 2. cap. 13. Petr. de Ledelma in sum. part. 1. de Sacram. ubi de Pœnit. cap. 14. Fernandez in examine Theol. moralis, part. 1. cap. 9. §. 18. & part. 3. cap. 6. §. 9. à n. 19. Joan. Valer. de different. inter utrumque forum, verb. Pœnitentia, diff. 9. Aloyf. Ricc. in decis. Curie Archiep. Neap. decis. 20. p. 4. plures apud Cened. d. collect. 45. num. 5.

79 Unde colligitur posse simplicem Sacerdotem, etiam degradatum, vel excommunicatum, seu irregularem, vel etiam hæreticum, dummodo non sit subversionis periculum, constitutos in articulo mortis absolvere. Et probatur ratione adducta à Concilio Tridentino sess. 14. de sacram. Pœnit. cap. 17. dicente in Ecclesia Dei custoditum semper fuisse, ut nulla sit reservatio in articulo mortis, atque idèd tunc omnes Sacerdotes quoslibet pœnitentes à quibusvis peccatis, & censuris absolvere posse, ne (& hæc est ratio) hac ipsa occasione aliquis pereat: ubi apertè innuit Concilium Ecclesiam ratione necessitatis periculi mortis semper permisisse cuilibet Sacerdoti facultatem absolvendi ab omni peccato, & censura: & quamvis sacramentum Pœnitentiæ non sit ita necessarium sicut Baptismus, quia sufficit contritio ad justificationem; tamen quia nemo scit utrum odio, vel amore sit dignus, & an verè sit attritus, an contritus, & sacramentum Pœnitentiæ de attrito facit contritum, Ecclesia ad reddendam securiorem viam salutis, jure meritò censetur in articulo extremæ necessitatis permittere jurisdictionem omni Sacerdoti, etiam excommunicato, & præciso, ne alioquin ob eorum delicta fideles pœnitentes remedio salutis injustè priventur. Ita Henriquez in sum. lib. 6. cap. 11. §. 8. Suarez de Pœnitent. disp. 26. sect. 4. & de censur. disp. 11. sect. 1. n. 14. Sayr. etiam de censur. lib. 2. cap. 2. num. 18. & cap. 20. n. 26. Molin. de justit. tom. 4. disp. 63. Cam. in relect. de Pœnitent. p. 5. Navar. in man. cap. 17. n. 27. Tolet. d. cap. 15. num. 6. Paul. Comitol. respons. moralium lib. 6. q. 27. Azor. d. p. 1. lib. 8. cap. 1. q. 12. Valer. Reginald. d. lib. 1. dub. 60. Ægid. de Coninch. d. tom. 2. disp. 14. à n. 234. Aloyf. Ricc. in praxi aurea, resol. 229. num. 3. & dict. Neapol. decis. 26. n. 7. p. 4. Torreblanca d. cap. 10. n. 18. ubi me refert in hoc loco, Bonac. d. quest. 3. punct. 3. n. 3. Fagundez in quinque Ecclesie precepta, præc. 2. lib. 7. cap. 1. n. 61. novissimè me citato in hoc loco, Boss. in discept. moral. discept. 2. num. 44. contra S. Thom. in 4. dist. 19. q. 1. art. 2. quest. 2. ad 3. & p. 3. q. 82. art. 7. ad 2. Turrecr. in cap. præter hoc, 32. dist. Nav. sibi contrarius in man. cap. 26. n. 26. Covar. in cap. alma mater, p. 1. §. 6. concl. 8. Joan. Valer. de differ. inter utrumque forum, verb. Excommunicatio, diff. 23. vers. secundo dubitant, & verb. Pœnitentia, diff. 9. Coriol. d. art. 16. n. 10. existimantes in articulo mortis, & extrema necessitate non convenire hæretico Sacerdoti quemquam absolvere.

Posse in his terminis simplicem Sacerdotem absolute constitutum in mortis articulo, non solum in absentia proprii Sacerdotis, seu Superioris, verum etiam quando adest, resolvunt Navar. cons. 15. n. 3. de pœnit. & remiss. Sà in aphorismis, verb. absolutio, n. 3. S. yr. in floribus decis. sub illo tit. de pœnitent. decis. 21. Marchin. de bello divino, p. 3. cap. 3. n. 11. & 12. Diana moral. resol. p. 1. tract. de absol. ab hæres. resol. 5. Homob. resp. moral. p. 4. super censuras resp. 23. Valer. Regin. d. lib. 1. num. 60. Petr. de Ledelma d. cap. 14. post 1. concl. n. 3. Fr. Emman. in sum. p. 1. cap. 59. concl. 3. Zerol. in praxi pœnit. cap. 15. q. 4. & 5. Chapeavil. de casib. reserv. cap. 7. in fine. fol. 60. Ludov. de S. Joan. p. 1. sum. tr. de pœnit. quest. 6. art. 6. dub. 4. Joan. Sanch. in select. disp. 44. n. 5. Coriolan. d. art. 16. n. 7. me citato in hoc loco, Bossius de Jubil. sect. 1. cusu 12. num. 12. Vega in sum. tom. 1. cap. 6. casu 10. Joan. Valer. d. verb. Excommunicatio, differ. 13. n. 1. vers. dubitant tamen, observantes consuetudinem facturum esse, qui præsentem suo Parocho, vel Superiore, ab eo potius, quam ab alio se absolvi curet. Quamvis contrarium teneant Suarez tom. 4. disp. 30. sect. 3. n. 1. Ugolin. de censuris tab. 1. cap. 4. §. 5. Valent. tom. 4. disp. 7. q. 10. punct. 2. Anton. Ricciul. d. c. 14. n. 20. Benzon. in speculo Episcop. lib. 1. disp. 1. q. 6. ante 2. concl. Param. de origine Inquisit. lib. 3. q. 8. n. 109. Bellon. de Sacram. tom. 2. disp. 8. dub. 2. n. 16. Azor. d. p. 1. lib. 8. c. 19. quest. 5. Aloyf. Ricc. in praxi aurea, resol. 229. Ægid. de Coninch. disp. 8. de pœnit. dub. 12. num. 90. Bonac. ubi proximè, Valq. tom. de pœnit. q. 83. art. 1. dub. 4. n. 8. Zambran. de casibus in art. mortis, c. 4. dub. 4. n. 3. Molin. de just. tom. 4. disp. 63. num. 2. Sayr. de censur. lib. 2. c. 20. n. 21. Mar. Alter. etiam de censur. tom. 1. lib. 1. disp. 6. c. 6. Duard. in Bullam Cœna lib. 3. §. 2. q. 5. à n. 11. Floron. de casib. reserv. p. 2. c. 4. §. 19. n. 5. Filliuc. in quest. moral. tom. 1. tr. 7. c. 8. quest. 8. num. 20. Sanchez d. lib. 2. c. 11. n. 6. & 7. Molfet. in sum. Theolog. moralis, tr. 7. cap. 15. n. 79. Fagundez d. cap. 1. num. 19.

Nec in hujusmodi articulo absolutus, si convalescat, tenetur ut iterum absolvatur, ad Superiorem accedere; sed benè si fuerit excommunicatione tunc irritus, tenebitur coram Superiore se exhibere; quòd si non faciat, in eandem specie excommunicationem incidet, cap. eos, de sentent. excom. in 6. vide Suarez tom. 4. disp. 30. sect. 3. n. 6. & de cens. disp. 22. §. 1. n. 62. Torreblanca d. lib. 14. c. 10. n. 19. ubi ait quòd si pœnitens supervivat, tenetur adire Inquisitorem, vel Episcopum, cui censura est reservata, Sayr. de censur. lib. 2. cap. 20. n. 26. Bonac. in simili tract. disp. 1. q. 3. punct. 3. n. 11. Mar. Alter. eod. tr. lib. 1. disp. 6. cap. 7. & lib. 5. disp. 22. cap. 2. dub. 4. Avil. eod. tract. part. 2. cap. 7. disp. 3. dub. 4. Duard. in Bull. Cœna lib. 3. §. 1. q. 3. n. 6. & 7. & q. 20. n. 17. me citato in hoc loco, Bossius discept. 1. n. 337. cum seqq. Melch. Zambran. in decis. pro mortis articulo, cap. 4. de pœnit. dub. 4. ubi dub. 2. tradit posse in articulo mortis absolvi pœnitentem, qui nihil potuit confiteri, sed tantum signa contritionis ostendit.

An in articulo mortis, deficiente Sacerdote, clericus non Sacerdos possit absolvere à censuris, maxime ab excommunicatione? Affirmativam partem tuerentur Ugolin. de censur. tab. 1. cap. 4. §. 5. n. 6. & de censur. Papa reservatis, part. 3. c. 2. §. 2. n. 2. Henriq. in sum. lib. 6. c. 9. n. 3. & in comment. lit. S, T, & V, S yr. de censur. lib. 2. c. 21. n. 2. Philibert. Marchin. de bello divino, p. 3. c. 12. n. 1. ex ea ratione, quia cum clericus sit capax jurisdictionis absolvendi à censuris, ut in confesso est, idem favor animarum, ratione cujus Sacerdoti cuilibet tali articulo conceditur, suadet, ut etiam censeatur concessa cuilibet capaci, etiam non Sacerdoti, cum in utroque casu militet eadem ratio, nimirum remedium, & salus animarum: nec Concil. diff.

d. loco, aliud insinuat, dum facit mentionem solius Sacerdotis; quia loquitur de Sacramentali absolutio-
ne, tunc in tali articulo existenti necessaria. Quare hanc opinionem valde piam, probabilem, & in praxi sequendam existimo. Quamvis contrarium voluerint Molin. *de Just. tom. 4. disp. 63. n. 3.* Suarez *de censur. disp. 1. sect. 6.* Avila *eod. tract. part. 2. cap. 7. disp. 1. dub. 3. concl. 1.* Mar. Alter. *in simili tract. lib. 4. disp. 5. cap. 1. vers. superest alia dubitatio*, Bonac. *eod. tractat. disp. 1. quest. 3. puncto 3. num. 1.* Coninch. *tom. 2. etiam de censur. disput. 14. dub. 16. n. 236.* Duar. *Bull. Cœna lib. 3. §. 2. quest. 5. à num. 6.* Layman. *d. tract. 5. p. 1. cap. 2. num. 2.*

Articulus mortis quis in præsentī materia dicatur, differunt Sylvest. *verb. absolutio 1. num. 12.* Covar. *in cap. alma, part. 1. §. 11. n. 8.* Vivald. *in candelab. au- ro, tit. de absolut. num. 60.* Reginald. *d. lib. 1. n. 59.* Suar. *de pœnit. disp. 26. sect. 4. n. 3.* Graff. *cap. 13. n. 2.* latè Gambarupt. *de casibus reservatis, cap. 2. à n. 56.* Sanchez *d. cap. 13. n. 1.* Valq. *de pœnit. q. 93. art. 1. dub. 5. num. 2.* Nugn. *in addit. q. 8. art. 6. dub. 6.* Paul. Sancto. *de casibus Papalibus, ac Episc. à num. 138.* Benev. *in praxi de pœnit. cap. 15. questio 7.* Bonac. *dit. q. 7. punct. 1. n. 1. & d. q. 3. punct. ... num. 4.* Fr. Emman. *in explicat. Bulla Cruciatæ, §. 9. dub. 3.* Co- riolan. *de casib. reservatis, part. 1. sect. 2. art. 16. à n. 2.* Joan. Valer. *de differ. inter utrumque forum, differ. 23. in fine*, Molfes. *in sum. Theolog. moral. tract. 7. cap. 15. num. 77.* qui resolvunt mortis articulum dici in præ- senti, non solum periculum mortis proveniens ex in- firmitate, sed quodlibet probabile periculum mortis, quod contingit, quando adest probabile dubium de morte, quæ ut plurimum soleat in eo eventu contin- gere: non igitur poterit simplex Sacerdos absolvere omnem transfretare volentem, sed credentem, aut du- bitantem probabiliter se naufragaturum, aut aliàs de vita periclitaturum: similiter non quemlibet obsessum ab hostibus, sed telis impugnatum: non quamvis mu- lierem prægnantem, sed eam quæ periclitatur de vi- ta, arbitrio prudentis viri. In aliis verò eventibus, strictiùs intelligendo, dicuntur illi in mortis articulo constituti, qui etsi vivant, & vivere possint, propter mortem tamen, quam secundum verisimilem Medico- rum peritiam, aut periculum, quod sperant, instantem vident, jam se morientes arbitrantur. Ita Francis. Mo- lin. *de ritu nupt. lib. 1. compar. 18. n. 18.* Benzon. *in speculo Episcoporum, lib. 1. disp. 1. q. 6. concl. 2.* Bel- let. *disquisit. cleric. part. 1. tit. de discipl. cleric. §. 2. num. 51.* Duard. *in Bullam Cœna, lib. 3. §. 2. q. 1.* novissimè Bossius *in discept. moralib. discept. 2. n. 6. cum seqq. ubi à n. 14. de suscipiente longam naviga- tionem, & n. 16. de operam dantibus agitationi tauro- rum, hastiludio, &c. & n. 17. de his, qui voluntariè se offerunt castrandis, & n. 18. de obsessis, & obsidenti- bus, & n. 19. de damnatis ad triremes, & n. 21. de peste infectis, ubi num. 28. cum seqq. videtur amplecti cum aliquibus limitationibus illam sententiam, nempe in loco pestifero nequaquam omnes, & quoslibet Sacer- dotes, etsi minimè ab Ordinario approbatos, posse audire Confessiones eorum, qui ibidem reperirentur sani, eosque absolvere, sed tantum eorum, qui jam peste sunt infecti.*

De Confessione, & ejus partibus, ac materia, tra- ctant Theologi cum Magist. *in 4. dist. 17. cum seq. ubi Sot. & D. Thom. Sylvest. Angel. Tab. Armil. & alij Summistæ verb. Confessio.* Luc. Pinel. *de sacram. Pœ- nitentiæ, tract. 2. de confessione*, Nugn. *in addit. ad 3. p. q. 7. cum seq.* Henriq. *in sum. lib. 5. Angel. Sayr. de Pœnitent. Suarez de Pœnit. disp. 21. cum seqq. Va- lencia tom. 4. disp. 7. q. 9. cum seqq. Valquez q. 21. Be- nevent. in praxi de Pœnitent. cap. 10. cum seqq. Franc. Pitigian. de Sacram. part. 2. tract. de pœnit. dist. 17. Barbof. de Episc. Pars II.*

quest. unica, Petr. de Ledesma *in sum. part. 1. tract. de Sacram. Pœnit. cap. 8.* Chamerota *de septem Ecclesia Sacram. tract. 7. de confessione*, Ægid. de Coninch. *de Sacram. & censuris, tom. 2. disp. 4. à n. 27.* Valer. Regi- nald. *in praxi fori Pœnit. lib. 6. à n. 28.* Bonac. *de Sa- cram. disp. 5. de pœnit. sect. 2. de confess.* Vincent. Moz- zol. *in sua brevi regula ad Confessarij, & confitentis munus riti obeundum.* Alexand. Pefant. *in 3. p. de Sa- cram. q. 10.* Jacob. de Graffis *in aureis decis. part. 1. lib. 1. cap. 19. cum seqq.* Joan. Maldonat. *tom. 22. de pœ- nitent. in controv. de confess.* Marcel. Zambran. *de ca- sibus in art. mortis, cap. 4. de pœnit.* Megal. *part. 1. instit. confess. lib. 5.* Molfes. *in sum. Theologia moral. tract. 7. cap. 9. cum seqq.* Vincent. F.lliuc. *quest. moral. tract. 6. de confessione*, Galganet. *de jure publico, lib. 3. tit. 9. 2.* Jul. LAVOR. *de Jubilæo, part. 1. cap. 14.* Fagun- dez *in quinque Ecclesia præcepta, part. 2. lib. 3. de qualit. & integritate Confessionis.*

ALLEGATIO XXVI

Episcopi consensus an, & quando re-
quirendus sit in Ecclesiarum, & Mo-
nasteriorum ædificatione?

SUMMARIUM.

- 1 Ecclesia sine Episcopi consensu edificari non po-
test.
- 2 Episcopus locum ædificationis assignat, Crucem
figit, lapidemque ponit primarium, & hoc po-
test alteri delegari.
- 3 Religiosi exempti si in loco non exempto voluerint
ædificare Ecclesiam, tenentur Episcopi Diœce-
sani consensum requirere.
- 4 In erigendis Regularium Monasteriis non sufficit
prædictus Episcopi consensus, nisi etiam Summi
Pontificis auctoritas accedat.
- 5 Episcopus qua perpendere debeat in hujusmodi li-
centia Regularibus concedenda, ostenditur.
- 6 Ordo Minorum de Observantia quod privilegium
habeat, ne alia Monasteria propè sua ædifi-
centur.
- 7 Episcopi quem modum tenere debent in concedenda
licentia pro monasteriis novis ædificandis, ordi-
navit Clem. VII. in constitutione relata.
- 8 Ecclesia sive Monasterium mutari non potest de
uno in alium locum sine licentia Papæ, & Diœ-
cesani.
- 9 Abbates Generales Congregationis Sancti Benedicti
Regni Portugaliæ, quod privilegium super hoc
habeant, refertur.
- 10 Privilegium concessum alicui Religioni ad ædifi-
canda Monasteria sine licentia Ordinarij, an
ex non usu amittatur.
- 11 Privilegium amittitur per modum, & viam præ-
scriptionis, vel per viam tacita renunciationis,
& non usum, & inter unum, & alterum mo-
dum constituuntur differentie.
- 12 Cap. si de terra, & cap. accedentibus, de privileg.
& num. 18. concordantur.
- 13 Privilegium non amittitur per non usum, si occa-
sio, & opportunitas non se obtulit utendi illo.
- 14 Privilegiarius si occasione oblata suo privilegio
non utatur, quando illud amittat.
- 15 Unicus actus contraventionis privilegio contra-
rius, quando videatur sufficiens ad privilegium
amittendum.
- 16 Cap. cum accessisset, de constitutionibus, declar-
atur.

- 17 L. 1. l. 2. C. de iis, qui sponte munera subeunt, lib. 10. intelligitur.
 18 Privilegiatus per non usum, aut contrarium usum, quoniam tempore privilegio suo renuntiare videatur?
 19 Privilegia merè involuntaria per nullum tempus amittuntur.
 20 Actus mera voluntatis prescribuntur.

Hoc in loco reservavimus videndum de constructione Ecclesiarum, id est, quibus causis sit nova Ecclesia construenda, & cujus auctoritate id fiat, quo loco, & quomodo sit ædificanda: quando verò, & quomodo consecranda, videbimus *allegat consequenti*. Sciendum est igitur *primò*, quod pro Ecclesia, seu Monasterio construendo, vel ampliando, Religionis favore cogi potest quilibet ad vendendum domum suam, argum. *l. si quis sepulchrum*, ff. de Relig. & sumpt. fun. Capol. de servit. urban. præd. cap. 82. Vincent. de Franchis decis. 223. Valenzuela conf. 18. tom. 4. Cabed. decis. 105. num. 2. & 3. part. 1. Valasc. conf. 22. num. 2. Cancel. var. resolut. part. 1. titul. de empt. & vend. num. 78. Vincent. Caroc. decis. 26. n. 13. Mar. Giurba decis. 86. num. 3. & 7. Marta de jurisdict. p. 4. cent. 2. casu 27. num. 3. Mar. Anton. var. resolut. part. 1. lib. 1. resol. 112. casu 24. Mol. in emporio Juris, part. 1. tit. 9. de contrah. empt. quæst. 10. n. 8. Gizzarel. decis. 38. num. 1. à Ponte de potestate Proregis, tit. de abundantia civit. §. 4. n. 1. Hieron. Leo Valent. decis. 90. n. 9. cum seqq. Bobadil. in sua politica, lib. 3. cap. 5. n. 16. Gasp. Thef. quæst. forens. lib. 1. q. 64. n. 6. Mar. Antonin. variar. resolut. lib. 1. resol. 112. casu 29. German. de evict. q. 52. n. 19. cum seqq. latè Hermosil. ad l. 3. gloss. 1. n. 32. cum multis seqq. tit. 5. p. 5. ubi ampliatur ad claustrum, officinas, & viridarium, Capiblan. de Baronib. tom. 2. super pragmat. 1. cap. 3. num. 4. Laurent. de Franchis de contro. inter Episc. & Regul. pag. 112. in resp. ad 7. Eandem licentiam Episcopi in reædificanda Ecclesia jam diruta, quasi sit nova, requirit Camil. Borel. de præstantia Regis Cathol. cap. 37. n. 10. cum seqq. ubi id probat ex l. inter stipulantem, §. sacram, ff. de verb. oblig. in qua habetur, quod quando ædificium est funditus destructum, si reædificatur, dicitur novum opus, & ex doctrina Doctorum in l. 1. §. si quis ædificium, ff. de novi oper. nunciat. dum dicunt, quod si vetus ædificium est funditus destructum, & reficitur, tunc potest ei novum opus nunciari, quia dicitur de novo facere.

Secundò sciendum est, quod novam Ecclesiam constituere quilibet potest duabus conditionibus observatis, ut scilicet alteri Ecclesie non inferat præjudicium, cap. Ecclesia, cum sequentib. 18. quæst. 1. & ut adsit Superioris auctoritas, quæ quidem Ecclesie cuilibet ædificandæ dat facultatem non modò simpliciter, sed quandoque etiam in alterius Ecclesie præjudicium. Sunt enim causæ, ob quas potest Superioris auctoritas etiam in præjudicium alterius novam Ecclesiam ædificare, veluti si castrum, aut nova civitas sub alterius Ecclesie limitibus constituitur, cujus incolæ ad priorem Ecclesiam difficilè conveniant, arg. cap. unic. §. fin. 10. quæst. 3. & cap. ad audientiam, de Eccles. adif. sicut quandoque etiam ob nimiam distantiam potest alia Ecclesia sub eadem parochia ædificari, d. cap. audientiam, veluti ubi multitudo fidelium excrevit, & Ecclesia una non sit evidenter sufficiens, propter novarum habitationum distantiam, cap. precipimus, 16. q. 1. Et denique ex aliis causis quæ ex temporis qualitate, & situ locorum possunt accidere, nova potest Ecclesia constitui, cap. & temporis, ead. causa, & quæst. Sicut è converso contrariis de causis duæ simul uniri, d. cap. & temporis, d. cap. verò

§. fin. Si verò sine causa, & auctoritate Pontificis in præjudicium alterius Ecclesie aliqua sit constructa, est destruenda, si præsertim nec præcellerit novi operis nunciatio, juxta cap. 1. & per tot. de novi operis nunciat. Præjudicium autem, quod alteri Ecclesie inferri potest præter damnum ædificij coherentis, est participatio sumptuum in constructione, aut expensarum pro sustentatione Rectoris, vel damnum in jurisdictione, aut in oblationibus, quæ fieri solent Ecclesie, d. cap. Ecclesia, cum seqq. Ubi verò aliquod præjudicium simile nulli generatur Ecclesie, potest quilibet in sua proprietate construere Ecclesiam, accedente permissione Episcopi, d. cap. quicumque; sine illius enim consensu Ecclesiam ædificari non posse probant text. in cap. nemo, & in cap. placuit, de consecr. dist. 1. & in cap. ad hac, de Religiosis domibus, & cap. clem. olim, 14. vers. insuper, de privileg. Auth. de Eccles. tit. §. si quis autem, collat. 9. & auth. de monachis, vers. illud igitur, coll. 1. notant Roch. de jure patronat. verb. construxit, n. 8. Lambert. eod. tract. art. 3. 2. q. princ. p. 1. n. 3. cum seqq. Petr. Gregor. in suis partib. lib. 1. tit. 4. cap. 5. Seleu. de benefic. p. 1. q. 6. à n. 9. Paul. Fusc. de visitat. lib. 2. cap. 10. n. 2. Zerola in praxi Episcop. p. 1. verb. Ecclesia, in princ. idem Petr. Greg. syntag. juris lib. 2. cap. 1. à n. 10. Piafec. in praxi nova Episcop. p. 1. cap. 3. à num. 2. Durant. de ritibus Ecclesie, lib. 1. cap. 2. num. 7. & cap. 24. n. 3. & cap. 25. Aloyf. Ricc. in praxi aurea, resolut. 11. Nisi sit locus exemptus à jurisdictione Episcopi, in quo Ecclesia ædificanda est; in eo namque nullus potest absque Sedis Apostol. auctoritate Ecclesiam ædificare, cap. de locorum, cum seqq. de consec. distinct. 1. cap. auctoritate, de privileg. in 6. sed in locis non exemptis sufficit Episcopi auctoritas, etiamsi persona ædificans sit exempta, cap. auctoritate.

In ædificanda igitur Ecclesia debet prius Episcopus civitatis ad locum accedere, ac atrium, & cæmeterium publicè designare, ibique Crucis Dominicæ signum cum precibus figere, & in faciendis fundamentis ponere primarium lapidem, gloss. verb. veniat, in dict. cap. nemo, Azor. institut. moral. part. 2. lib. 9. cap. 3. quæst. 4. ubi etiam resolvit, posse Episcopum per se, vel per alium primarium lapidem ponere, & Crucem figere: & quæst. 8. tenet posse Episcopum absque rationabili causa nolentem primarium lapidem ponere, & suum consensum præstare, compelli auctoritate superioris Antistitis, videlicet Archiepiscopi, vel Primatis. Unde religiosissimus Justinianus Imperator ad factorum Canonum executionem jussit Ecclesias non nisi Episcopi accedente beneplacito ædificari posse, in rub. authent. ut nullus fabricet Oratorij domus præter voluntatem Episcopi. Cujac. advertit, & Julianus Patricius in Constit. 61. quod postmodum apertius in nigro asseritur, his verbis: Sancimus igitur, præ omnibus quidem illud fieri, & nulli licentiam esse, neque Monasterium, neque Ecclesiam, neque orationis domum incipere ædificare, antequam Civitatis Episcopus orationem in loco faciat, & Crucem figat, publicum processum ibi faciens, & causam manifestam omnibus statuens, ad stipulanturque Concil. Agathense can. 27. registratum in cap. de monachis, 18. q. 2. & Concil. Chalcedonense act. 11. can. 4. registratum in cap. verè, 16. q. 1. & in cap. quidam 18. q. 2. & alia jura in hoc propositum, & ad alias quæstiones conductentia refert Azor. d. cap. 3. à quæst. 2.

Hujusmodi Episcopi consensus sufficit si tacitus sit, scilicet si Episcopus sciverit Ecclesiam constitui, & non impediverit, nec contradixerit; cum tamen facile potuisset, Selv. d. q. 6. num. 21. Azor. d. cap. 3. q. 6. qui etiam, ille n. 8. hic verò q. 5. asserunt consensum Episcopi sufficere si accedat post constructam Ecclesiam.

Unum adderem in hac materia utile, quod Episcopus sine rationabili causa non potest impedire quominus fundator, & patronus possit Ecclesiam sufficienter dotatam ad augmentum divini cultus dilatare, & sumptuosioribus ædificiis exornare, arg. *cap. ult. de testam.* cessant enim rationes ex quibus consensus Episcopi in nova Ecclesia ædificanda, vel fundiùs destructa reficienda est necessarius, ne scilicet Ecclesia sine dote condecanti construat, vel reficiatur, vel ne aliis Ecclesiis aliquod præjudicium fiat: ita decisum fuit in Sacra Rot. Rom. in una *Toletan. Capel. Luna 18. Februar. 1591.* coram *Illustrissimo Mantica*, quæ est in *impressis decis. 131.*

3 Amplia præcedere etiam in Religiosis exemptis, si in loco non exempto voluerint ædificare Ecclesiam, id enim eos facere non posse sine Episcopi diœcesani consensu, probat text. in *cap. auctoritate, de privileg. lib. 6.* notant omnes in *d. cap. cum olim*, post gloss. *verb. revocari*, si expendas ibi Pontificem Innocentium III. in fine pronuntiasse Monasterium exemptum esse, & liberum à jurisdictione, & obedientia Episcoporum, ex privilegiis concessis à Romanis Pontificibus prædecessoribus suis; & tamen Ecclesias in Leirienti Castro, & aliis locis fundatas sine Episcopi Conimbriensis assensu, in ejusdem Episcopi, & suæ Ecclesiæ jus revocandas explicant ibi Hostiens. & Cardin. n. 3. Anton. num. 56. Abb. n. 9. Socin. n. 19. novissimè decidit Concil. Trid. *sess. 25. de Regular. cap. 3. in fine*, ibi: *Nec de cætero similia loca, tam mulierum, quam virorum sine Episcopi, in cujus diœcesi erigenda sunt, licentia prius obtenta.* De quo Fr. Emman. *quæst. Regular. tom. 1. q. 23. art. 7. & tom. 2. q. 49. art. 3.* Pialec. in *praxi Episc. part. 1. verb. Monachi, §. 1. & 2.* Fr. Joan. de la Cruz *de statu Religionis, lib. 1. cap. 8.* Pialec. in *praxi Episc. part. 2. cap. 3. n. 47.* Rot. apud Farinac. *decis. 745. p. 2. recent.* Aloyf. Ricc. in *decis. Curia Archiep. Neapol. p. 1. decis. 182. n. 4. & p. 2. decis. 75.* Campanil. in *diversor. Paris Canon. rub. 11. cap. 13. n. 80. & 81.* Fr. Ludovic. Miranda in *man. Pralat. tom. 1. q. 33. art. 1. conclus. 3.* Erasim. à Cochier. in *tract. de jurisdic. Ordin. in exemptos, p. 1. q. 36.* Hieron. Roder. in *compendio quæst. Regul. resol. 55. n. 3.* novissimè Tamburin. *de jure Abbatissar. disp. 33. q. 1. num. 2.* ubi etiam quod Vicarius generalis non poterit sine speciali mandato Episcopi licentiam ædificandi nova Monasteria in loco Diœcesis concedere, novissimè me citato in *hoc loco*, sapientissimus D. Larrea *decis. Granatens. tom. 2. decis. 97. n. 16.* Si tamen exemptus ædificet in loco exempto sine licentia, totum acquiritur Episcopo cum fructibus, Franc. in *cap. auctoritate, num. 2. de privileg. lib. 6.* Fam. *verb. exemptio, num. 10.* Anton. de Præcis *de jurisdic. Episcopi, cap. 1. num. 3. & 4.* quos refert, & sequitur Cochier. *de jurisdic. Ordin. in exemptos, part. 2. q. 45. num. 30.*

4 Verùm prædictus Episcopi consensus non sufficit in erigendis Regularium Monasteriis, nisi etiam Summi Pontificis auctoritas accedat; nam in *cap. 1. de excessibus Prælator. lib. 6. & in cap. unic. de religios. dom. eod. lib.* statutum est ne Prælati Religionum recipere valeant Conventum aliquem, seu locum absque Sedis Apostolicæ speciali indulgentia, non obstantibus quibuscumque privilegiis, si de hujusmodi prohibitione non fecerint specialem mentionem. Nec Concil. Trident. *dicto cap. 3. in fine*, abrogavit dispositionem Juris communis, sed præterea indixit, ut altera quoque adhiberetur Episcopo loci; & ita declarasse Sacram Cardinalium Congregationem referunt Zerol. in *praxi Episc. dict. §. 2. & Campanil. d. num. 80. in fine.* Fratres igitur Ordinis Carmelitarum discalceatorum obtinuerunt, ut ubique de sola licentia Ordinarij possent nova construere Monasteria ex concessione S. D. Pauli V. felicis record. *Constit. 10. incip. ad Barbos. de Episcop. Pars I I.*

Ecclesia, de anno 1605. & Monachi Congreg. B. Mariæ Fulienis ex concessione ejusdem Pauli V. Constit. incip. Monasterio, 1608. Ac etiam Superiores Congregat. Cleric. Regularium S. Pauli Decollati ex concessione ejusdem Pauli V. *Const. 64. incip. Ecclesia, de anno 1610.* quæ omnia supra relata post primam hujus tract. impressionem ab hoc loco tacite desumpsit Aloyf. Ricc. in *decis. Curia Archiep. Neapol. decis. 168. p. 4. & Lezana in sum. quæst. Regul. c. 9. n. 44.* Unde non sunt audiendi Sorb. *ad compendium Mendicantium, verb. ædificare, in sua annot. vers. circa, §. 20. & Fr. Emman. disp. 49. art. 3. cum seqq.* existimantes Episcopi tantum licentiam esse necessariam.

Advertendum maximè est, Sacram Congregat. *Illustrissimorum DD. Cardinalium negotiis Episcoporum, & Regularium præpositorum*, Gregorio XV. approbante, sub die 17. Augusti 1621. revocasse prædictas, & quascunque alias licentias à Paulo V. concessas erigendi novos Conventus, videns quod de cætero non erigantur, nisi in eorum quolibet saltem duodecim Fratres, ac Monachi, seu Religiosi habitare, atque ex redditibus, &c. refert Castellin. *de elect. cap. 15. in fine.* Postea S. D. N. Urbanus VIII. per suum Breve incip. *Romanus Pontifex, sub dat. 28. Augusti 1624.* multa tulit circa modum erectionis novorum Conventuum, revocaturque licentias quascunque, cujus meminerunt Castellin. in *addit. ad dict. tract. de elect. pag. 501.* Laurent. de Franchis *de controvers. inter Episcopos, & Regulares, pag. 103. & Tambur. d. disput. 34. quæst. 1. in fine.* Brevis autem tenor talis est, ut sequitur. *Romanus Pontifex, &c. Cum itaque sicut nobis innotuit, complures licentias, sive facultates à nonnullis Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris per diversos Ordinum etiam Mendicantium, Congregationum, Societatum, & aliorum Regularium Institutorum Superiores, seu alios eorum nomine ubique locorum monasteria, domos, Collegia, Conventus, & alia loca Regularia quovis nomine nuncupata, servata duntaxat sacrorum Canonum, & Concil. Trid. decretorum formâ, de sola Ordinarij licentia hujusmodi, & contra decreta à Sede Apost. super præmissa edita fundandi, erigendi, instituendi importunis precibus, seu etiam Motu proprio, vel aliâs obtenta, & extorta fuerint. Idcirco Nos omnes, & quascunque licentias, ac facultates hujusmodi, litterasque omnes, tam sub plumbo, quam in hujusmodi forma Brevis desuper expeditas, eorumque tenores etiam veriores præsentibus, &c. ac si specificè, & sigillatim exprimerentur, & insererentur, pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, justis de causis animum nostrum moventibus, Motu proprio, non ad alicujus nobis super hoc oblata petitionis instantiam, sed ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolica potestatis plenitudine, omnes, & quascunque licentias, & facultates hujusmodi, litterasque desuper tam sub plumbo, quam in eadem forma Brevis expeditas, omniaque, & singula in eis quomodolibet contenta, & expressa, etiam quoad erectiones, fundationes, & institutiones Monasteriorum, Collegiorum, Domorum, Conventuum, & aliorum Regularium locorum hujusmodi, quæ suum nondum sortita sunt effectum, tenore præsentium perpetuò revocamus, cassamus, abrogamus, & annullamus, viribusque, & effectu prorsus evacuamus. Præterea Ordinum etiam Mendicantium, Congregationum, Societatum, & aliorum institutorum Regularium Superioribus quocumque nomine nuncupatis, cæterisque personis, ad quas spectat, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub privatione vocis activæ, & passivæ, necnon officiorum quorumcunque, ac inhabilitatis ad illa, & alia in futurum obtinenda, necnon etiam excommunicacionis ipso facto incurrendæ pœnis interdicens, & prohibemus, ne licentiarum, seu facultatum per Nos, ut*

præfertur, revocatarum, & annullatarum, sive alio quovis prætextu, vel causa, etiam quantumvis privilegiata, nova Monasteria, Collegia, Domus, Conventus, & alia loca Regularia hujusmodi, nisi de expressa Ordinariorum licentia, ac servata in omnibus, & per omnia sacrorum Canonum, & Concilij Tridentini, necnon Constitutionis felicis record. Clementis VIII. qua incipit: Quoniam ad institutam, sub Dat. Roma apud S. Mariam, sub annulo Piscatoris, die 23. Julij 1603. ac decretorum de mandato ejusdem Clementis, necnon similis mem. Gregorij XV. Romanorum Pont. prædecessorum desuper editorum forma recipere, erigere, fundare, seu alias quomodolibet instituire, seu incepta finire, & absolvere audeant, seu presument, decernentes, &c. Datum Roma apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 28. Augusti 1624. Pontificatus nostri anno secundo. V. Theatinus.

5 In concedenda hujusmodi licentia debet Episcopus maximè attendere, si monasterium, aut alterius cujuscunque erectio præjudicet quoquo modo Ecclesiæ Parochiali; eo namque casu assentiri minimè debet, & Curato licet contradicere, audiendusque est in sua præensione, ex Guid. Papæ decis. 370. Deinde inveni debet si locus erigendus, & constituendus vicinus sit, & propinquus alteri, ob Clementis IV. sanctionem secundam, mandantem ꝑ ne cuiquam Mendicanti erigere liceat locum, & ædificare Monasterium intra cannas ter centum ab alio Ordinis Minorum de Observantia: successive autem tempore ipsiusque Papæ Clementis in Constit. 3. restrictum fuit supradictum spatium ad cannas centum quadraginta per ærem mensurandas, cujus restrictionem postmodum Julius II. in Constit. 2. declaravit non debere nocere eisdem Fratibus Minoribus, sed in odium aliorum inductam fuisse, ac propterea respectu eorundem Minorum de Observantia vigeat prior Clementis sanctio, ut ab eorum locis tercentum cannarum spatium distare etiam hodie debeat alter locus à Regularibus alterius Ordinis Mendicantis erigendus, quamvis & prædicti Minores de Observantia possint, dummodo centum tantum quadraginta distent ab altero Mendicantis Ordinis monasterio. De quo vide Sorbum in compendio privilegiorum Mendicantium, in annotat. super verb. ædificare, vers. quoad dispositionem, §. 1. Confect. in libro privilegiorum Mendicantium, tit. 3. cap. 4. Fr. Emman. quest. Regular. tom. 1. quest. 8. art. 3. & tom. 3. quest. 49. art. 5. Fr. Miranda dict. quest. 33. art. 4. Advertit Laurent. de Peirinis in formul. Regul. in fine, num. 3. pag. 524. hujusmodi cannarum mensurationem esse intelligendam in oppidis, & locis parvis, non in magnis, & populatis urbibus quia in his cessat ratio dictæ prohibitionis, quæ fuit ne unus Conventus esset impedimento, & detrimento alteri: & tandem idem P. de Peirinis ita concludit, *Nomine tamen civitatum magnarum hoc loco non puto venire suburbia, quoad Conventus in ipsis suburbis existentes, nam in his posset militare ratio prædicta, nisi forte suburbia essent magna, & populata: unde in hoc casu puto valere arbitramentum illud quod Episcopis reliquit Clemens VIII. Et adverte quod hoc casu debent Episcopi considerare non solum interesse, & damnum temporale Conventuum jam fabricatorum, sed etiam subjectionem, quam illis afferunt, quæ pretio æstimabilis est, & ad damnum etiam temporale refertur, &c.* Hac de re emanavit declaratio Sacra Congregat. in controversia exorta inter Fratres Ordinis S. Dominici, & Fratres S. Augustini Congregationis Lombardiæ, & Fratres Carmelitas Discalceatos Saonen. super eo, quod prohibenda sit constructio novi Conventus per ipsos Carmelitas Discalceatos intra moenia ejusdem civitatis nuper cœpta, cum ex illius nimia propinquitate gravia exorirentur præjudicia Conven-

tibus prædictis Fratrum S. Dominici, & S. Augustini Congregationis antecedentis, rebusque aliis. S. Congregatio Cardinalium negotiis Regularium præposita, Eminentissimo Bentivolio referente, partibus auditis, ac re mature discussa, censuit injungendum esse Fratribus Carmelitis discalceatis prædictis, prout presentis decreti virtute injungit, ut omninò recedant a prædicto loco, ubi novum sui Ordinis Conventum fundare cœperant, neque in alio loco ejusdem civitatis illum erigere valeant, nisi servata forma, & adimpletis omnibus conditionibus contentis in constitutionibus, & decretis Apostolicis, ac præsertim in decreto S. D. N. super erectione novorum Conventuum nuper edito. Roma die 14. Decembris 1635. M. Cardinal. Ginettus. Adde Rot. In Januensi domorum, 10. Decembris 1610. eorundem Patriarcha Manzanedo, in qua fuit dictum Regulares conducentes semel domum intra 140. cannas à Monasteriis, & domibus aliorum Regularium, istis scientibus, & patientibus acquirere quasi possessionem contra illud jus generale, quod habent Religiosi prohibendi ne intra 140. cannas ab eorum domibus monasteria construuntur: refert Ferentil. ad Burat. decis. 691. num. 14. Quem autem modum tenere debeant Episcopi in concedenda licentia pro monasteriis novis ædificandis, ordinavit Clemens VIII. in Constitutione sua, quæ habetur in Bullario novo, tom. 2. pag. 146. & in ord. est 99. prout sequitur.

Quoniam ad institutam Regularium locorum, & personarum reformationem promovendam, & conservandam maximè pertinet, ut in quibusque Domibus, & Monasteriis is tantum numerus Religiosorum, qui commodè ibidem alii possint, contineatur, ac eo pariter spectat, ut in quibusque civitatibus, & locis nova domus, & monasteria, præsertim Mendicantium, non erigantur, nisi in eisdem civitatibus, & locis aliarum Domorum, & Monasteriorum in eis existentium habitatio, commodè sustentari posse dignoscatur. Hac igitur Nos consideratione ducti, & in præmissis pro nostro Pastoralis munere opportunè providere volentes, Motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac matura deliberatione, deque Apostolica potestatis plenitudine, ex voto etiam S. R. E. Cardinalium super consultationibus, & negotiis Episcoporum, & regularium præpositorum, harum serie declaramus, locorum Ordinarios non posselentiam ad novos conventus cujusque etiam Mendicantiū ordinis in civitatibus, & locis eorum ordinaria jurisdictioni subjectis erigendos impartiri, nisi vocatis, & auditis aliorum in eisdem civitatibus, & locis existentium Conventuum Prioribus, seu procuratoribus, & aliis interesse habentibus, & causa servatis servandis cognita constiterit in eisdem civitatibus, & locis novos hujusmodi erigendos Conventus sine aliorum detrimento commodè sustentari posse. Si verò ab eis in hujusmodi causis, & sententia ad Nos, & Apostol. Sedem provocari, & appellari contigerit, ipsos Ordinarios tandiu erectionem novorum Conventuum suspendere debere, quousque à Nobis, & Apostol. Sede in eadem causa pronunciatum extiterit, irritum nihilominus, & inane decernentes quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca universis venerabilibus Fratribus nostris Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis locorum Ordinariis per presentes in virtute Sanctæ obedientiæ districtè præcipiendo mandamus, ut presentes nostras litteras observent, & observari curent, & faciant, non obstantibus, &c. Dat. Roma apud S. Marcum, sub annulo Piscatoris, die 23. Julij 1603. Pontificatus nostri anno 12. refert Laurent. de Franchis de contrav. inter Episcop. & Regul. pag. 97. ubi pag. 111. in resp. ad 3. resolvit hanc Bullam Clementis VIII. de non concedenda licentia Mendicantibus nova ædificare Monasteria, non comprehendere hospitia, & in resp. ad 4. tenet

tenet attenda eadem Clementis VIII. Constitutio-
ne, Episcopum concedere non posse licentiam con-
struendi nova Monasteria absque causæ cognitione,
& in respons. 18. pag. 115. resolvit, quod construens
monasterium, vel Ecclesiam sine consensu Episcopi,
non potest illud postea destrui facere. Advertit Gra-
tiani. *disceptat. forens. cap. 5. 17. num. 18.* quod Ordina-
rius non potest licentiam in partiri, nisi vocatis Prio-
ribus aliorum Conventuum in eadem civitate existen-
tium, & causa cognita constiterit dictos novos Con-
ventus erigendos commodè sustentari posse sine alio-
rum detrimento, & addit hoc de forma procedere
debere.

Verum, quia Religiosi plura Monasteria ædificabant,
quæ deinde sustentari non valebant, huic incommo-
do in parte voluit bonæ mem. Paulus V. decreto suo,
incip. *Sanctissimus in Christo, die 4. Decembris 1605.*
quod refert Laurent. de Franchis in *controvers. in-
ter Episcop. & Regul. pag. 117.* & Tamburin. *dict.
disp. 34. q. 1. num. 2.* occurrere. Deinde Gregor. XV.
alio decreto, sub dat. die 17. August. 1622. innovans
dictam Constitut. Clementis VIII. prohibuit, ut in
quacumque civitate, oppido, seu quocumque loco
monasteria non erigantur, nisi in eo saltem duodecim
Fratres, aut Monachi, seu Religiosi inhabitare, atque
ex redditibus, & consuetis elemosynis sustentari va-
leant, quod decretum refert Laurent. de Franchis *ubi
suprà, pag. 101.* Novissimè tandem *Sacra Congregat.
Illustrissimorum Cardinalium Concil. Trident. inter-
pretum, S. D. N. Urbani VIII. auctoritate sibi specia-
liter attributa prohibuit, ne deinceps Monasterium,
Conventus, Domus, Congregatio, vel Societas Religio-
sorum, seu Regularium nullibi recipiatur, nisi præter
alia ad id requisita, in singulis ejusmodi locis duodecim
saltem Fratres, aut Monachi, seu Religiosi degere, &
ex redditibus, & consuetis elemosynis, detractis om-
nibus, ut *suprà, detrahendis, competenter sustentari
valeant, ad præscriptum decreti felic. record. Grego-
rij XV. hac de re editi. Alioquin Monasteria, & loca
hujusmodi posthac recipienda; in quibus duodecim Re-
ligiosi, ut *suprà, sustentari, atque inhabitare non po-
tuerint, & actu non inhabitaverint, Ordinarij loci
visitationi, correctioni, atque omnimoda jurisdictioni
subiecta esse intelligantur.***

Circa erectionem monasteriorum Monialium de-
terminatum est à *Sacra Congregat. Eminentissimorum
Cardinalium super Episcopos, & Regulares. Primò* ne
erigantur nova monasteria, quibus ad minus 300. scu-
torum redditus annuus non assignetur pro duodecim
sustentandis. *Secundò*, ne erigatur sine consensu Or-
dinarij. *Tertiò*, non sine speciali Sedis Apostol. in-
dulto. *Quartò*, ne erigantur nisi in locis muro cinctis,
& ubi copia confessoriorum adest, & facultas condu-
cendi confessorium aliunde. *Quintò*, ne erigantur in
his locis, in quibus monasteria priùs erecta labo-
rant inopiâ. *Sextò*, quod prope monasteria tollan-
tur omnes arbores altæ. *Septimò*, quod in collocato-
rio nullo modo sit porta, per quam aditus sit in mo-
nasteria. Ita Lezana in *sum. quest. cap. 25. num. 43.
vers. citato. Gavant. in man. Episcop. verb. Monia-
lium monasteria.*

Ecclesia, sive Monasterium mutari non potest de
uno in alium locum sine licentia Papæ, & diceciani,
ut probat text. in *d. cap. unic. de excess. Prælat. in 6.* ubi
Bonifac. VIII. æqualiter, & pariformiter loquitur de
Monasteriorum mutatione, & de erectione, constructio-
ne, sive nova ædificatione, ibi, *seu hæcenus recepta
mutare*: quare ita resolvit Laurent. de Franchis *d.
tract. pag. 311. in resp. ad 1.* Neque Concil. Trid. præ-
dicti text. constitutionem revocat; solummodo enim
ait quod de cætero similia loca non erigantur sine
Episcopi, in cuius dicecesi erigenda sunt, licentia priùs
Barbos. de Episcop. Pars II.

obtinet, & sic nullam mentionem faciens de locorum
mutatione, videtur voluisse, ut id remaneret in dis-
positione Juris communis, argum. text. in *l. commo-
dissime, ff. de liberis, & posth. & l. cum prætor, ff. de
judic. & l. si cum dotem, ff. soluto matr. cum similibus
citatibus in libello de principiis utriusque Juris, lit. C,
num. 4. De jure autem communi id ipsum clarè deci-
ditur in *cap. si quis vult, 16. q. ult. ibi: Si quis vult
Monasterium suum ad meliorandum in alium locum
ponere, fiat cum consilio Episcopi, & Fratrum suorum,
& dimittat Presbyterum in priori loco ad ministeria
Ecclesie.* Vide Fr. Emman. *quest. Regul. tom. 1. q. 23.
art. 7. Portel. in dub. Regul. verb. monasterium, n. 5.
& 7. Diana resol. moral. p. 3. tr. 2. resol. 136. Flav. Che-
rubin. in compendio Bullarum, tom. 3. Bulla 99. Fr. Hie-
ron. Roderic. in compendio quest. Regul. resol. 55. n. 4.
Cardinal. Tusch. lit. M, concl. 195. n. 1. me citato in
hoc loco, D. Larrea d. decis. 97. n. 25. qui omnes resol-
vunt, requiri novam licentiam Episcopi ad Monaste-
rii translationem, Aloys. Ricc. in *decis. Curie Archie-
pisc. Neapol. decis. 168. p. 4.***

Speciali igitur privilegio Sixtus V. Pontifex Max. 9
an. Domini 1587. 7. Kalend. Decembris, Pont. sui an. 3:
concessit Abbati Generali Cong. S. Benedicti nostræ
Regni Portugalie, cum consilio, & assensu Capituli
Generalis, ut Monasteria dictæ Congregationis, quæ in
locis incommodis, & minus populosis reperiuntur, ad
commodiora loca, ubi Monachorum doctrina, & vitæ
exempla populo Christiano magis utilis futura sint, &
fructuosa, propria auctoritate (Ordinariorum locorum,
vel cujusvis alterius licentia minimè requisita) cum
eorum Monachis, suppellectilibus, paramentis, & orna-
mentis, aliisque rebus necessariis, transferre, & mutare
possit, ac fructus, redditus, & proventus eorundem
Monasteriorum, seu cujuslibet eorum, vel illorum par-
tem, Generalis, & Capituli prædictorum arbitrio, seu
aliis ejusdem Congregationis Monasteriis magis indi-
gentibus, perpetuo, vel ad tempus (etiam reventibus
Abbatibus Monasteriorum eorundem, & quibusvis aliis
personis) applicare, & assignare; præviso tamen, quod
animarum cura personarum secularium incumbens Ab-
batibus, & Conventibus Monasteriorum transferendo-
rum hujusmodi, nullatenus obliviscatur, sed per Mo-
nachos dictæ Congregationis regulares, vel Presbyteros
seculares idoneos, & ab Ordinariis probatos laudabi-
liter exerceatur, liberè, & licitè valeant, plenam, &
liberam Apostolica auctoritate, earundem tenore præ-
sentium, licentiam concessit, & facultatem, non obsta-
ntibus, &c. refert Fr. Miranda d. *quest. 33. art. 1. con-
clus. 2.* Quid si Regulares vellent solummodo amplia-
re sua Monasteria? Dic licentiam non esse necessa-
riam, quia additamentum dijudicatur sicut antiquum
Monasterium, cui additur. Ita per text. in *cap. fin-
de concess. præben. resolvunt Fr. Emman. quest. Regul.
tom. 2. quest. 49. art. 9. Laurent. de Franch. ubi *suprà,
pag. 310. in fine, in resp. ad 2.**

Utrum verò privilegium concessum alicui Religioni 10
ad ædificanda Monasteria sine licentia Ordinarij, ex
non usu amittatur? Hanc quest. ponit Miranda d. *q. 33.
art. 3.* & eam resolvit sequenti concl. *Quando arbi-
trium, seu libera facultas aliquid faciendi privilegiato
concessa refertur ad privilegium, ut si dicatur; Con-
cedimus tibi privilegium ædificandi, si volueris, vel
ad libitum voluntatis tuæ, tunc privilegium ex non usu
per decennium amittitur, quia facultas refertur ad pri-
vilegium; at si facultas ædificandi non refertur ad pri-
vilegium, sed ad personam, seu ad privilegiatum, & ad
tempus, ut si dicatur: Concedimus tibi privilegium
ædificandi Monasteria cum volueris, aut quandocumque
volueris, tunc privilegium intelligitur esse perpetuum,
& non amittitur ex non usu per decennium, neque
per ullum tempus, præsertim si per illud decennium*

nulla sese obtulerit adificandi occasio. Hæc Miranda d. loco. Sed quia ad plures quæstiones decidendas deservit hujus dubij resolutio, illud pleniùs discutendum puto.

11 Privilegium igitur potest amitti per modum, & viam præscriptionis, vel per viam tacitæ renunciationis, & non usum; inter unum, & alterum casum plures reperiuntur, & notabiles differentiæ. Prima est, quod quando privilegium amittitur per modum præscriptionis, propriè non amittitur ex voluntate ejus, ad quem pertinebat, sed ex potestate, & dispositione legis, juxta verum intellectum text. in l. alienationis 28. ff. de verbor. significat. ibi, vix enim est, &c. de quo agit Balbus de præscriptionibus, part. 5. n. 33. Pinel. in authent. nisi, n. 29. C. de bonis mater. & alii, de quibus Alfanz. collect. 814. At verò modus renunciationis necessariò supponit expressum, vel tacitum renunciantis consensum, ex iis quæ Flamin. de resign. lib. 1. q. 1. & hanc differentiam post gloss. 1. in vers. vel dic, in cap. ult. 16. quest. 4. notavit latè explicans Suarez de leg. lib. 8. cap. 34. n. 6. Deinde secunda differentia est, quod scilicet præscriptio semper supponit, & requirit factum, & possessionem ex parte ejus, qui contra privilegium præscribit per tempus à lege definitum, juxta definitionem præscriptionis, seu usurpationis, de qua in l. 3. ff. de usuc. text. optimus in l. nec utilem, ibi, cum sit iniquissimum auferre domino quod usus non abstulit, ff. ex quibus causis majores. At verò renunciatio non requirit hujusmodi factum, nec possessionem ex parte adversarij, sed sufficit, quod ex parte ipsius privilegij interveniat factum, vel causa aliqua, ex qua sufficienter colligatur voluisse privilegium suum amittere, vel renunciare, ut probat text. in l. in princip. ibi, certo tempore non utendo pereunt, ff. de servitut. urbanorum, cum similibus, de quibus Gilchen de præscript. part. membr. 1. cap. 3. à num. 27. ex quibus clarè colligitur, aliud esse acquiri rem usu, & facto possessoris, vel amitti ex non usu domini, abque facto possessoris.

12 Quibus sic præhabitis intelliges, & concordabis text. in cap. si de terra, & text. in cap. accedentibus 15. de privileg. quia ille agit de sola amissione privilegij per modum tacitæ renunciationis, quæ deducitur ex non usu, seu magis contrario usu ejusdem privilegij; & idèò meritò non exigit tempus in præscriptionibus necessarium, ut clarè Pontifex significat, ibi, privilegio tamen indulto tanto tempore vobis detrabere voluistis; atque ita interpretatur ibi, Joan. Andr. & Cardin. At verò text. iste, scilicet in d. cap. accedentibus, de vera, & propria agit præscriptione: ideoque ut per eam Monasterium amittat suum privilegium quadraginta annos requirit, juxta generalem regulam text. in cap. de quarta, cum similibus, de præscript. Pro utriusque decisionis differentia considerari potest, quod Cistercienses in d. cap. si de terra, per triginta annos contra formam sui privilegij decimas persolverunt Canonicis, ad quos de Jure communi pertinebant, & idèò ex parte Canonicorum, ut sibi jus earum decimarum acquirerent, nulla erat præscriptio necessaria, sed sufficebat, quod privilegium cesset per renunciationem, vel amissionem, vel alium quemcumque modum, ut eo cessante secundum Jus commune decimæ remaneant penes Ecclesiam Parochialem, juxta regulam text. in cap. ult. de Paroch. Sed in d. cap. accedentibus, Templarij per quadraginta annos persolverunt decimas contra suum privilegium Monachis quibusdam, ad quos de Jure communi non pertinebant, & idèò ut eas Monachi acquirere, & exigere possint, non sufficebat renunciatio Templariorum, seu amissio ex parte ipsorum, sed necessaria fuit præscriptio legitima, & completa, per quam contra Jus commune eas acquirant; pla-

num verò est, completam non esse præscriptionem contra Ecclesias minori spatio, quàm quadraginta annorum, juxta d. cap. de quarta, cum similibus. Neque contra hunc intellectum obstat ratio, quam reddit text. in eod. cap. accedentibus, ibi: Cum enim tanto tempore contra indulta privilegia decimas solverint, eis renunciassent tacitè præsumuntur; quæ verba apertè videntur significare decisionem Pontificis non fundari in præscriptione, seu possessione Monachorum, sed solum in renunciatione privilegij resultante ex non usu ipsorum Templariorum, quibus compete- bat; quia facilè responderetur, si diligentius utriusque text. verba videntur; nam in d. cap. si de terra, solummodo Pontifex expendit contrarium usum privilegiorum: patet ibi, per triginta annos eis decimas persolvistis: & deinde in ratione solum expendit tacitam renunciationem eorundem, ibi, vobis detrabere voluistis: at verò in d. cap. accedentibus, principaliter expendit usum, & possessionem Monasterii contra privilegiarios, recipiendo ab eis decimas, patet, ibi: diu quietè possederunt, & ibi, per quadraginta annos amplius pacificè possedissent; & in decisione ibi: decimas de terris prædictis per quadraginta annos continuè perceperit: quæ omnia apertè significant, respexisse Pontificem principaliter usum, & possessionem Monachorum percipientium decimas à Templariis, contra formam sui privilegij, ac ita veram, ac propriam præscriptionem ex parte Monasterii possidentis: quamvis etiam in ratione expendat tacitam renunciationem privilegiatorum, qui tanto tempore decimas pacificè persolventes, privilegio, quo ab illis solvendis exempti erant, videntur renunciassent, in consequentiam scilicet pacificæ possessionis, & juris per eam Monachis præscribentibus acquisiti, ut regulare est in quacumque præscriptione, juxta regul. l. alienationis 28. cum similibus, ff. de verb. signif.

Deveniendo igitur, & propiùs accedendo ad quæstionem nostram de amissione privilegij per non usum, vel de eo amittendo per contrarium usum, dico quod in priori casu de non usu sciendum est, an si occasio, & opportunitas se non obtulerit, pro qua privilegium datum est; hac enim non data, si privilegiatus eo minimè utatur, certum est nullo unquam tempore amitti, ut probatur ex regula text. in l. & Attilicinus, ff. de servitutibus rusticor. præd. cum similibus, de quibus Molina de primogen. lib. 1. cap. 6. à num. 12. & probat Suarez d. cap. 34. n. 4. Si autem utendi occasione ablata non utatur privilegiarius suo privilegio, illud amittit duplici ex capite, vel præscriptionis, vel tacitæ renunciationis, concurrentibus scilicet qualitatibus omnibus, quæ in renunciatione expressa requiruntur, & sufficere poterunt, id est, quod scienter voluntariè non utatur, & potestatem habeat renunciandi, juxta text. in cap. cum super, de offic. delegat. In alio verò casu de amissione privilegij per contrarium usum regula certa est, & indubitata, quod per illum, cæteris circumstantiis necessariis concurrentibus, admittitur. Gloss. per text. ibi in cap. gratum, verb. recessum, de legat. recepta ut per Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumption. 41. num. 3. Dicitur autem in proposito contrarius usus propriè in privilegiis circa actus negativos, ut in exemplo text. in d. cap. si de terra, de non solvendis decimis, aut tributis; si enim privilegiatus actionem exerceat directè contrariam ubique exemptioni per privilegium concessæ, veluti solvendo decimas, vel munera subeundo, à quibus privilegio exemptus est, ei renunciare videtur, ac subinde rectè dicitur per contrarium usum illud amittere, juxta l. 2. C. de jura domini. Dixi per actum directè contrarium exemptioni per privilegium concessæ, quia non sufficit pura ommissio, sed

sed requiritur, quod privilegiatus actum gerat, tanquam ex necessitate, vel obligatione: patet in quotidiano exemplo, ut si quis Bulla, vel privilegio à jejuniij præcepto liber sit, si enim in diebus, qui præcepti non sunt, jejunaverit, minimè dici potest actum facere privilegio contrarium, vel si in diebus Quadragesimæ causâ devotionis jejunet; cum privilegium habeat, quod ex præcepto non teneatur; eo enim modo jejunantes actum ex necessitate non faciunt; & idè ex illo nunquam censetur amissum privilegium.

15 Unicus actus contraventionis privilegio contrarius, factus à privilegiariis scientibus videtur sufficere ad privilegium amittendum: juxta text. in cap. cum accessisset, de constit. & in cap. ex ore, ante fin. de iis qui fiunt à majori parte Capituli, ibi, per hoc quod dicitur H. reverentiam exhibuit, quæ debetur Preposito, juri suo renunciassè videtur, &c. text. optimus, ubi notavit Bart. in sum. l. 2. Cod. de jure domini impetrando, & in l. 3. Cod. qui sponte publica munera subeunt, lib. 10. ex quibus Jaribus, & aliis de quibus Rebuff. de decimis quest. 23. num. 113. & Card. Tusc. tom. 6. lit. P, concl. 656. n. 10. constituunt Doctores differentiam inter personas privatas, quæ privilegio suo liberè possunt renunciare, & inter alias, quæ hujusmodi libertatem non habent, itaut in illis sufficiat unicus actus contraventionis, in his verò minimè: Ita Abb. in d. cap. cum accessisset, num. 6. & 8. & Felin. num. 28. reg. 3. & n. 29. limit. 3. sed meliùs Suar. d. lib. 8. cap. 35. num. 12. cum seqq. contendit etiam contrarium usum privatorum non inducere amissionem privilegij quoad futurum tempus, quamvis inducere fateatur renuntiationem quoad illum actum particularem, vel causam, in qua facit contra privilegium: & ita unicum actum nunquam sufficere, ex eo quia quoties in aliquo actu alia, quàm renuntiationis capi potest conjectura, ea potius sumenda est, quàm renuntiationis, juxta regulam cap. super eo, de renunciat. cum similibus, de quibus Gutier. de juramento confirmat. p. 3. cap. 19. n. 21. & ex ea ratione, quod semper renuntiatio præsumitur, ut minus præjudicet, planè in nostro proposito rectè capi potest ea conjectura, quod privilegio renunciare voluerit quoad actum præsentem tantum, non simpliciter, & in totum in futurum, ut in simili notat Gloss. verb. Partibus, in Clem. 2. de judiciis, & ita si actus fiat privilegio directè contrarius à persona non habente sufficientem potestatem ad renunciandum, minimè sufficit, neque ut in futurum inducatur renunciatio, neque pro actu præsentem; si tamen fiat ab habente sufficientem potestatem ad renunciandum tacitè quoad illum actum, ei videtur renunciare, sive privatus sit, sive Monasterium; neuter autem in futurum, & simpliciter, quantumcunque persona sit, quæ liberè privilegio possit renunciare. Ita post Bartol. in l. voluntariè, Cod. de excusat. tutorum, Alexand. Gregor. Lopez, & alios, contra Felin. & exemplum de Doctore habente privilegium non disputandi, seu legendi, quod si semel disputet, seu legat, illud amittat, optimè explicat Suar. d. cap. 35. num. 14. Ac etiam in alio exemplo usufrequentissimo de habente privilegium non solvendi vectigalia; si enim patiat se scribi in libro gabellarum, vel similibus gravaminum, quod non impediatur in futurum suo uti privilegio. Illud est singulare in hac materia, quod privilegium exemptionis concessum alicui Ordini per non usum unius Monasterij, non censetur sublatum, cum sufficiat respectu aliquorum Monasteriorum, quod sit in usu. Seraph. decis. 95 r. num. 1.

16 Nec obstant Jura suprà allegata, quibus videbatur probari per unicum actum contrarium privilegio illud amitti; nam primò ad text. in d. cap. cum accessisset,

dum ex unico actu electionis deducit Pontifex Canonicos amississe, seu renunciare voluisse privilegio; quod habebant, ut non esset in Ecclesia dignitas Primiceriatùs, respondetur cum Suar. num. 17. d. loco; privilegium, de quo in eo text. non habuisse tractum successivum, sed unico effectu constituisse, & idè per unicum actum contraventionis tolli potuisse. Ad text. verò in l. ult. ff. de privil. veteranorum, respondetur non probare veteranos, qui privilegio à muneribus excusentur, per unam contraventionem patiendò se in ordinem redigi, in perpetuum amittere privilegium, & quod alia munera cogendos esse; sed solum amitti irrevocabiliter quoad illud, quod sponte susceperunt, & ita procedit etiam text. in d. l. voluntariè, & in l. 1. Cod. de iis qui sponte munera subeunt, lib. 10. ut optimè colligitur ex text. in l. 2. Cod. eod. tit. & lib. ibi, paulisper jus publicum relaxaverit, juncto ibi, privilegium non amittet: quibus verbis clarè probat publicam munera subeuntem contra formam privilegij, quo ab illis excusatur paulisper, id est pro ea vice privilegio suo non uti, neque eo juvari; non tamen in perpetuum illud amittere, ut docuit post Bart. ibi, benè distinguens Alex. consil. 33. num. 4. vol. 6. quem refert, & post multos alios sequitur Card. Tusc. d. lit. P, conclus. 756. num. 43. ubi etiam respondet ad text. in d. l. 4. de jure domini impetrando, in illis verbis, ibi, à beneficio impetrato recessisse videtur, ut procedat quoad illum actum privilegio contrarium, non ita quoad sequentes in futurum, & in perpetuum.

18 Restat nunc videre, quodnam tempus sufficiat, aut necessarium sit ut privilegiatus per non usum, aut contrarium usum privilegio suo renunciare videatur: In primis text. in d. cap. si de terra, & in d. cap. accedentibus, nihil certum in hoc disponunt: ille enim quatenus habet tempus triginta annorum sufficere; ut præscribatur privilegium, quod Religiosi, seu Monasteria habent de decimis non solvendis, agit de renuntiatione tacita, collecta ex temporis diurnitate: hic verò, quatenus in eisdem terminis requirit tempus quadraginta annorum, agit de vera præscriptione, & nec illos triginta annos, nec hos quadraginta in his terminis contra Ecclesiam necessarios esse de Jure certum est, neque Pontifices illos requirunt ut necessarios, & sine quibus renuntiatio illa tacita non præsumeretur; sed solum decidunt, quod si Canonici, ad quorum Parochias decimæ pertinebant, probaverint per triginta annos eas ab ipsis Religiosis recepisse, non prodest Religiosis privilegium in contrarium, neque illo se possunt tueri, quia eidem videntur tacitè renuntiasse, neque inde efficax deduci potest argumentum, quòd si tempus decem, vel viginti annorum proponeretur, contrarium Pontifex responderet, imò ex solo privilegij non usu per longum tempus eandem præsumptionem procedere, tam in privatis, quàm etiam in Ecclesiis; deducitur ex communi sententia Doctorum, qui tradunt præsumptionem, quæ ex longi temporis decem annorum præstationibus deducitur (secundum quam ex eodem spatio omnia præsumuntur solemniter acta, juxta reg. text. in l. cum de in rem verso, in princip. ff. de usuris, & in leg. filiusfamil. C. de petit. hered. cum similibus, de quibus Gabr. comm. tit. de præsumpt. concl. 1.) pariter procedere contra Ecclesiam, ut communem comprobant infinitis adductis idem Gabr. d. concl. 1. n. 3. & suadetur ex ea ratione, quam adducit Suarez d. cap. 34. n. 18. & 24. quod privilegia hæc à principio conceduntur sub tacita conditione, ut per non usum amittantur; quæ ratio pariter procedit in Ecclesiis.

Privilegia verò merè voluntaria, per quæ scilicet aliquid faciendum ponitur in libera voluntate privilegiarij,

legiarii, quando in privilegio exprimitur, ut eo utatur privilegiarius si voluerit, non amittit per decennium, neque per ullum tempus, tradit Gloss. *verb. Semel in anno, in fine, ibi, sed si per centum annos, &c. in cap. ut privilegia, de privileg.* quam sequuntur ibi omnes: peregrinam, auream, & valde notabilem dicit Balb. *de præscript. 4. p. 5. princip. q. 4. n. 4.* & alii quos refert communem testatus Padil. *in l. falso, n. 3. C. de diversis rescript.* Gail. *lib. 2. observ. 60. n. 9.* Tusc. *d. concl. 755. n. 1.* Suar. *d. cap. 34. n. 28.* † Et confirmatur ex generali regula, quæ docet actibus meræ facultatis nunquam præscribi, ut per text. *in l. 2. ff. de via publica, & multis aliis comprobatur Gabr. lib. 5. commun. tit. de præscript. concl. 10.* Menoch. *de arbitr. casu 44. a. n. 7.* Card. Tusc. *d. lit. P. concl. 337.* ad plura similia inferentes. Sed in contrarium melius arguit Abb. *in d. cap. ut privilegia, n. 4.* sequitur Dec. *in d. cap. cum accessissent, n. 17. versic. 3. prædicta, alias n. 76. cum seq. ex l. 1. ff. de nundinis:* ubi etiam privilegium faciendi nundinas erat in potestate privilegiati, & tamen decem annis amittitur: facit deinde quia omnia privilegia consistunt in voluntate privilegiati; nemo enim cogitur uti privilegio suo, ut probat text. *in d. cap. si de terra, & in l. si Judex 42. ff. de minoribus, & in l. si quis in conscribendo, C. de Episc. & Cleric. cum similibus.* Ad text. verò *in d. l. 2.* respondetur parum urgere, si advertas procedere in iis, quæ sunt publicæ facultatis, nos autem loquimur in facultate privata, ex quibus hæc resolutio contra communem probabilis est, & ex prædictis omnibus poteris colligere veram resolutionem ad conclusionem Fr. Ludov. Miranda, de qua supra, cujus occasione paululum digressus fui in hac materia, cum sit utilis, & quotidiana, & ad plura Jura intelligenda accommodata.

ALLEGATIO XXVII.

Episcopus Ecclesias, & Altaria, cæteraque ipsarum ornamenta an consecrare, & benedicere debeat?

SUMMARIUM.

- 1 Episcopus proprius, vel alius de ipsius licentia Ecclesias consecrare debet.
- 2 Consecratio Ecclesiarum, tam festis diebus, quam ferialibus fieri potest.
- 3 Edificans Ecclesiam ei dotem competentem constituere debet.
- 4 Ecclesia interdicti tempore consecrari non potest.
- 5 Ecclesia consecrata non presumitur, nisi probetur.
- 6 Consecratio probatur per scripturam, si reperitur, & per Cruces, vel unico teste.
- 7 Testis unus probat in omnibus casibus, ubi de præjudicio tertij non tractatur.
- 8 Baptizatus quis probatur unico teste.
- 9 Ecclesia si dubitetur an sit consecrata, est in dubio consecranda.
- 10 Consecratio fieri non debet sine Missa; si tamen aliter fiat, factum tenet.
- 11 Episcopus si pro Ecclesiis consecrandis à Fratribus requisitus ipsorum Ecclesias noluit consecrare, privilegium habent, ut quilibet alius Episcopus id ipsum facere possit.
- 12 Ecclesia semel consecrata, amplius consecrari non debet.
- 13 Si Ecclesia corruat in totum quoad tectum, & parietes, aut in majori parte, ita ut oporteat eos noviter reficere, consecrationem amittit.
- 14 Domus, qua in totum destruitur, si de novo refi-

ciatur, non censetur eadem, nec durat obligatio respectu illius.

- 15 Ecclesia si insimul, & in totum destruat, ut ex eadem materia postea readificetur, iterum est consecranda.
- 16 L. inter stipulantem, §. sacram, ff. de verbor. significat. & text. in l. qui res, §. aliam, ff. de solutionib. declaratur.
- 17 Ecclesia tectum si corruat illasis remanentibus parietibus, vel in totum, vel pro majori parte, non est ipsa consecranda.
- 18 Ecclesia consecratio ad qua respiciat?
- 19 Ecclesia, si non simul, & in totum, sed paulatim, seu per partes destruitur, pars habita per modum accessorij consecrata habebitur.
- 20 Altare dicitur quasi alta res, seu Alta ara.
- 21 Altare duplex, aliud stabile, seu fixum, aliud verò portatile.
- 22 Altare saltem majus debet Orientalem mundi partem respicere.
- 23 Altaria ab Episcopis consecrantur.
- 24 Altare lapideum debet esse, non autem ligneum.
- 25 Altare portatile quando exsecratur, & desinat esse sacrum?
- 26 Altare fixum, & stabile, quando desinat esse sacrum?
- 27 Sepulchra hominum supra Altaria non sunt erigenda.
- 28 Ecclesia, seu Altare an pollnatur, si per Episcopum excommunicatum consecrata, seu benedicta ipsa Ecclesia sit?
- 29 Cæmeterium quid sit, & qualis ejus constitutio?
- 30 Cæmeterium contiguum ipsi Ecclesia polluta, pollutum censetur, non tamen è contra.
- 31 Dignius, & potentius trahit ad se naturam minus digni, & minus potentis.
- 32 Delictum commissum in Cæmeterio, vel in Ecclesia vestibulo, non dicitur commissum in ipsa Ecclesia.
- 33 Cæmeteria duo si sint contigua, quando polluto uno censeatur alterum pollutum.
- 34 Cæmeterium quomodo reconciliandum?
- 35 Episcopus Calices, ac Patenas consecrare debet.
- 36 Abbates aliqui privilegium habent benedicendi quacumque vestimenta, & ornamenta Ecclesiastica, ac Calices consecrandi.
- 37 Calix, & Patena consecrationem amittunt, si notabiliter frangantur, ita ut non possint inservire ad usum constitutum.
- 38 Vasa hæc, si deaurata sint, & usu aurum amittant, si postea deaurentur quoad illam superficiem, qua tangit Corpus, & Sanguinem Christi, nova consecratione indigent.
- 39 Consecratio Calicis non amittitur per aliquos ictus à fabro inflictos.
- 40 Calix amittit consecrationem, si cuppa separatio fiat cum fractione; secus verò si tornatili ingenio.
- 41 Vasculum, seu pyxis, in qua servatur Sanctissima Eucharistie Sacramentum, debent esse consecrata.
- 42 Vestes sacrae debent benedici ab Episcopo, qui hujusmodi benedictionem simplici Sacerdoti delegare non potest.
- 43 Vestium sacrarum significationes, qua sint, remissive.
- 44 Pralati Regulares, quando hujusmodi sacras vestes benedicere possint?
- 45 Vestes sacrae benedictionem amittunt, & nova indigent, quando ea franguntur, ut non sint apta ad usum, cui fuerunt destinata.
- 46 Campanas benedicit, & chrismate ungit Episcopus.
- 47 Campana quare benedicantur, & n. 49.
- 48 Campanarum benedictionis effectus quales sint, ostenditur.

- 50 Campana tempore interdicti non pulsantur.
- 51 Episcopus benedicit Abbates, Abbatissas, & Moniales.
- 52 Ex benedictione Episcopi consequitur Abbas, ut possit conferre Ordines minores.
- 53 Benedictio hac Abbatibus dari debet illis diebus, quibus Ordines majores conferri possunt, & sine aliquo examine.
- 54 Episcopus tertio monitus renuens Abbatem benedicere, tunc poterit ipse Abbas non expectata benedictione Ordines conferre, & officium suum administrare.
- 57 Benedictio hac, & consecratio Virginum sunt Ordinis Episcopalis, & non possunt delegari non habenti illum Ordinem.
- 56 Episcopus pro consecratione sororum, & earum confirmatione, non potest claustra Monialium intrare.
- 57 Moniales virgines ante 25. aetatis annum completum consecrari non debent, ex Sacra Congregatione.
- 58 Consuetudinem benedicendi virgines non amplius esse in usu censuit Sacra Congregatio.
- 59 Minores annis quadraginta, & quae per octo ante professa non fuerunt, eligi, & benedici in Abbatissas prohibentur.
- 60 Abbatissa temporalis non est jure benedicenda.
- 61 Episcopus non contritus consecrans Ecclesias, Calices, virgines, & conficiens Chrisma, vel benedicens vestes, non peccat mortaliter, nisi esset scandalum.
- 62 Episcopus excommunicatus, suspensus, vel interdictus, consecrans Ecclesias, & benedicens vestes, est irregularis.
- 63 Episcopus benedictionem solemnem dare potest in sua Diocesi, in fine divinorum Officiorum, & simplicem suis populis in itineribus.
- 64 Episcopus extra suam Diocesim privatim celebrans benedictionem dare potest.
- 65 Episcopus qui transiens per alienam Diocesim rogatus a personis devotis illas benedicit sine solemnitate, absque animo exercendi jurisdictionem, nullam poenam meretur.
- 66 Presbyter presente Episcopo, sine ejus assensu, nec quidem simplicem benedictionem dare potest.
- 67 Abbas jurisdictionem habens quasi Episcopalem, quando possit benedictionem populo impartiri, ostenditur.

CONSECRARE Ecclesiam nemo potest, nisi solus Episcopus, cap. nemo 1. de consecrat. dist. 1. & a Diocelano Episcopo est consecranda, in cujus Diocesi sita est, cap. tua fraternitas, de consecrat. Eccles. nec enim in Diocesi aliena potest Episcopus consecrare Ecclesiam, absque proprii Episcopi permissione, cap. pia mentis, & cap. seq. 16. q. 7. quamvis ipse Episcopus in aliena Diocesi Ecclesiam ipsam construxerit, cap. 1. 16. q. 5. nec hoc Episcopus potest alteri delegare, nisi Episcopo; est enim actus Ordini ipsius deputatus, cap. aqua, de consecrat. Eccles. ubi hoc expressè cavetur, & prohibetur id committi simplicibus Sacerdotibus, non obstante consuetudine provinciae Bracharensis, quam dicit Gregor. IX. ibid. potius esse dicendam corruptelam, quam consuetudinem; quia, inquit, licet Episcopus committere valeat quae suae jurisdictionis sunt, quae tamen sunt Ordinis Episcopalis, non potest inferioris gradus clericis demandare. Ita Piafec. in praxi nova Episc. p. 1. cap. 5. num. 2. vers. edificata, Azor. instit. moral. p. 1. lib. 10. cap. 26. q. 10. & p. 2. lib. 9. cap. 4. q. 1. Bonac. de Sacram. disp. 4. quaest. ult. punct. 9. n. 8. Ugolin. de potest. Episcopi, cap. 28. à num. 1. Fr. Ludov. Miranda in man. Pralat. q. 39. art. 1. concl. 3. tom. 2.

In consecranda verò Ecclesia nonnulla observare debet Episcopus. Primo providere, ut consecranda Ecclesia facta sit dotis competentis assignatio, si hoc prius in ejus constructione factum non fuerit, d. cap. pia mentis, & ibi Gloss. verb. Collata, 16. quaest. 7. & intra num. 3. de hoc latius agendum. Secundo, ut Ecclesiam non consecret, quae non in honorem Dei, & Sanctorum, sed sub tributaria conditione sit constructa, id est ad lucrum elemosynarum participandum, aut pro alia re simili, cap. si quis basilicam, de consecrat. dist. 1. Tertio, ut tam ipse Episcopus consecrans, quam patroni Ecclesiae consecrandae sint jejuni tempore consecrationis, & pridie quoque ejus diei jejunent, ut Leo Pontifex instituit in epist. ad Diodor. Quarto, ut in consecratione ipsa ritus, & caeremonias attendat, quae ab Ecclesia in ea re fieri consueverunt, & habentur in Pontificali. Quinto, & ultimò, ut quicquam non exigat pro consecratione Ecclesiae, sed tantum sponte oblatum ab his solum, qui non sint indigentes, cap. 1. 1. quaest. 2. cap. statumus 1. q. 1. & procuraciones canonicas licite accipiat, cap. cum sit, de simon. alioquin labem simoniacam non effugiet, d. cap. statumus.

Decet autem ut in die festo consecretur Ecclesia, quamvis omni tempore, & qualibet die valeat consecrari, cap. tua, de consecrat. Ecclesia, Piafec. citato loco, Salzed. ad Bernard. d. cap. 26. lit. A, vers. Virginum consecratio, Miranda d. concl. 3. in fine, Azor. instit. moral. part. 2. lib. 9. cap. 4. quaest. 3. Ugolin. d. cap. 28. n. 2. † Non tamen consecrari debet, si dotem non habeat; compellendus est enim is, qui Ecclesiam petit consecrari, ut eidem competentem dotem assignet, ad quod ipse, & ejus haeredes adstricti tenentur, cap. cum sicut, & ibi Panorm. de consecrat. Eccles. quod non solum de eo, qui eam construxit, sed de eo etiam, qui ab alio constructam curat consecrari, merito est intelligendum, si dotem non habet; quia videtur eam in suam tutelam accipere; quamvis enim absque dotis assignatione fortè admittatur Ecclesiae aedificatio, nullatenus tamen est absque tali assignatione sacrandae, ne locus consecrationis dignitate donatus, sine debiti cultus impensa, quasi profanus maneat derelictus. Unde in Bracharenli Concil. ut habetur in cap. 1. 1. quaest. 2. sic dicitur: Meminerit Episcopus, ut non prius Ecclesiam dediceret, quam dotem Basilicae, & obsequium illius per donationem chartula confirmatam accipiat; nam non levis culpa, inquit, est ista temeritas, ut sine luminariis, vel sine substantiali sustentatione eorum, qui ibidem sunt servituri, tanquam domus privata consecretur Ecclesia. Aedificans enim, vel consecrari curans, dotem sufficientem pro alendis ministris, ornamentis necessariis, & juribus Episcopalibus subeundis, assignare ipsi tenetur, alioquin Episcopus permittens aedificari, vel illam consecrans sine dote, ad dotandum de proprio obligaretur, cap. cum sicut, juncta Gloss. de consecrat. Eccles. Duen. reg. 225. Roch. de jure patron. verb. Construxit, q. 4. n. 4. cum seqq. & verb. Dotavit, q. 5. n. 7. & in his terminis Piafec. in praxi nova Episc. d. n. 2. Ugolin. d. cap. 28. n. 3. ubi etiam resolvit, quod † interdicti tempore consecrari non potest.

Et cum Ecclesia consecrata non praesumitur, nisi probetur, Mascard. concl. 32. à n. 1. Cened. ad Decretal. col. 135. n. 6. † Probari igitur debet consecratio per scripturam, si reperiat, & per testes, quae dum consecratur, in parietibus fiunt, vel unico teste, ut tenent Mascard. de probationib. conclus. 415. num. 4. Azor. d. p. 1. lib. 10. cap. 26. col. 1025. & d. cap. 4. q. 4. Ugolin. d. n. 3. Mar. Alter. de censuris tom. 2. disp. 3. cap. 1. prope fin. me citato in hoc loco, Alzed. de praecl. Episc. dignit. p. 2. cap. 4. num. 27. Nam † in omnibus casibus ubi de praedictio tertij non tractatur, unus testis

- testis fat est, ut resolvunt Nell. *de testib. n. 85. cas. 9.*
 & n. 87. in fine, Mascard. *de probat. in procem. q. 11.*
 num. 14. Farin. *in praxi crimin. quest. 63. n. 27.* prout
 7 etiam † in probando clericatu, quando tractatur de
 nemini præjudicium inferendo, unicum testem suffi-
 cere tenent Rebuff. *in tract. nominat. quest. 22. n. 14.*
 Mascard. *concl. 303. n. 4.* Camil. Borrel. *in summa om-*
 8 *nium decis. tit. 7. de Clericis, & Sacerd. à num. 22.* Et
 † in probando aliquem fuisse baptizatum, idem re-
 solvunt Bajard. *ad Clar. §. Assassinum, n. 17.* Farin. *d.*
quest. 63. num. 24. optimè Paul. Comitol. *respons. mo-*
ral. lib. 1. quest. 1. num. 5.
 9 Si dubitetur an sit Ecclesia consecrata, cum nullum
 appareat consecrationis indicium, sive argumentum,
 est in dubio consecranda Gloss. *in cap. proposuisti, de*
 10 *consecrat. Eccles. Azor. d. part. 1. lib. 10. cap. 26. q. 12.*
 & *part. 2. lib. 9. cap. 4. quest. 5.* Et † hujusmodi con-
 secratio fieri non debet sine Missa, ut probat text. *in*
cap. omnes Basilica, de consecrat. dist. 1. Si tamen ali-
 ter fiat, licet non careat culpa, factum tenet, ut re-
 solvit Miranda *dict. concl. 3. in fine, Azor. d. part. 2.*
lib. 9. cap. 4. q. 2. Circa modum, quo Ecclesiæ debent
 consecrari, nihil in particulari libet hîc dicere, cum
 altissimè habeatur in Episcoporum Pastoralibus, à qui-
 bus non est recedendum.
 11 Si Episcopus pro Ecclesiis consecrandis à Fratri-
 bus requisitus ipsorum Ecclesias noluerit consecrare,
 privilegium habetur, ut quilibet alius Episcopus id
 ipsum facere possit, prout specialiter concessum fuit
 ab Honorio IV. Fratribus Minoribus, ut si Diocæ-
 sani requisiti ab iisdem cum debita humilitate, no-
 luerint in Ecclesiis eorum primarium lapidem pone-
 re, ac Ecclesias, vel Oratoria, & Altaria sua conse-
 crare, vel id facere ultra quatuor menses distulerint,
 possint prædicti Fratres per quoscumque voluerint
 Episcopos gratiam, & communionem Apostolicæ Se-
 dis habentes, præmissa recipere, & refertur *in com-*
pendio, verb. Altare, §. 2. Quod ipsum Joan. XXI,
 concessit Fratribus Carmelitanis aliquantulum la-
 tius, & refertur *in eodem compendio, verb. Benedi-*
cere, §. 3. Quæ quidem privilegia asserit Miranda *dict.*
conclus. 3. non esse revocata per Concilium Trident.
sess. 6. de reform. cap. 5. dum habet, quod nullus Epi-
 scopus in alterius Diocæsi Pontificalia possit exercere
 sine ipsius expressa licentia, cujusvis privilegij præ-
 textu, &c. Nam quantum ad hoc privilegia prædicta
 non censentur esse privilegia, sed Jus commune con-
 tinere, dummodo licentia fuerit petita, juxta *cap. 1.*
de supplend. neglig. Pralat. & cap. nihil est, §. ultim.
de elect.
 12 Ecclesia semel consecrata non est iterum consecran-
 da, ut probat text. *in cap. Ecclesia, de consecrat.*
dist. 1. ubi Concilium Nicanum arguit de Sacramen-
 to Baptismi semel suscepto, ad consecrationem Eccle-
 siæ factam, ut in neutro casu consecrationis reitera-
 tio fieri debeat. Idem colligitur ex text. *in cap. propo-*
suisti, juncta Gloss. & in cap. ligneis, de consecrat.
Ecclesia, vel Altaris, & ultra Ordinarios in dictis
Juribus, vide Paludan. in 4. dist. 13. q. 2. art. 4. & Sot.
art. 3. Henric. in sum. lib. 6. cap. 27. Durand. in ratio-
nal. Divinorum, lib. 1. cap. 6. num. 31. & 36. Suar.
tom. 3. q. 83. & tom. 5. disp. 81. sect. 5.
 13 Quando verò ædificium, sive casu fortuito, sive
 consultò in totum destruitur, & corruiat quoad tectum,
 & parietes, aut in majori parte, ita ut oporteat eos
 noviter simul reficere, minimè retinent antiquam con-
 secrationem, quæ idè de novo illis est adhibenda,
 de quo est Gloss. *verb. Innovata, in cap. de fabrica,*
per text. ibi, de consecrat. dist. 1. quatenus distinguit
 inter eum casum, quando insimul, & in totum de-
 structa est Ecclesia, & quando per partes reficitur à
 primis fundamentis: similis Gloss. *in cap. ligneis, & in*

cap. proposuisti, de consecrat. Ecclesia: & † in domo
 privata quoties prædicto modo destruitur, scilicet in-
 simul, & in totum, quod non censetur eadem domus,
 nec duret obligatio respectu illius, quamvis de novo
 reficiatur, est text. *in l. inter stipulantem, §. sacram,*
ff. de verborum obligat. & in l. qui res, §. aliam, ff. de
sol. optimus text. in cap. Judai, & in cap. sicut Judai,
 juncta utrobique Gloss. & Doctoribus, *de Judais,* qua-
 tenus concedunt prædictis veteres Synagogas reficere,
 non verò novas reædificare. Quibus fundamentis hanc
 resolutionem tenent Piafec. *in praxi nova Episcop. d.*
cap. 5. n. 4. Henriq. d. lib. 9. cap. 27. n. 5. in fine, Ugo-
lin. d. cap. 29. n. 4. vers. 2. Fr. Ludovic. Miranda d.
q. 39. art. 4. concl. 2. latè Mar. Alter. de censur. tom. 2.
disp. 3. cap. 2. vers. Sexta causa.

Amplia, ut procedat etiam quando Ecclesia insi-
 mul, & in totum destruitur eo animo, ut iterum re-
 ædificetur ex eadem materia; adhuc enim si parietes
 corruant in totum, vel pro majori parte, erit Eccle-
 sia exsecrata censenda, & noviter consecranda, pro quo
 est optimus text. *in d. §. sacram, in finalibus verbis,*
 ubi quando domus funditus, & simul destruitur, licet
 eo animo, ut iterum reficiatur, non censetur postea
 eadem reædificata, sed diversa domus, & ideo expirat
 obligatio respectu ejusdem, prout ibi notarunt scri-
 bentes omnes, & *in dict. l. qui res, §. aliam, ff. de so-*
lut. Nec obstat, quod † si navis destruat eo animo,
 ut ex iisdem tabulis, & ex eadem materia iterum refi-
 ciatur, censetur esse eadem navis, & durat obligatio
 respectu ejusdem, prout habetur *in d. §. sacram, &*
in d. §. aliam: unde videbatur similiter dicendum in
 domo eodem animo destructa, & per consequens in
 Ecclesia materiali, maximè cum navi æquiparetur *in*
cap. ante omnia. 40. dist. & in cap. non turbatur, 24.
q. 1. satisfic enim si ex mente Bart. Pauli, Alexandri,
 & Jason. *ibid.* respondeas peculiariter, & utilitatis
 causâ introductum fuisse in navi, ut cum sit res mo-
 bilis ejus naturæ, ut hinc inde amoveri soleat, ita
 participat ex animo, ut minimè extinguatur obliga-
 tio respectu ejusdem, si novæ refectionis animo de-
 struat, & ex eadem materia reficiatur, quasi potens
 sit animus hoc operari: quæ ratio cessat respectu do-
 mus, cum sit res immobilis, argum. text. *in l. jus*
singulare, ff. de legib.

Limitatur verò, seu potius declaratur supradicta
 ampliatio, ut procedat quando Ecclesia in totum cor-
 ruit, non verò quando tectum solummodo, integris,
 & illæsis remanentibus parietibus, vel in totum, vel
 pro majori parte: in qua specie minimè exsecrata
 censetur Ecclesia, de quo est text. *in d. cap. ligneis,*
 ubi Gloss. & Doctores, & *in d. cap. proposuisti. Gam-*
barupta de casibus reservatis, cap. 15. cas. 6. n. 16. fol.
204. verso, Azor. instit. moral. part. 2. lib. 19. c. 26.
q. 12. ubi etiam *in vers. ut in dubium,* resolvit quod
 si parietes Ecclesiæ paulatim per partes decidant, &
 paulatim reparentur, non est iterum consecranda, &
 dicit idem *in 2. p. lib. 9. cap. 4. q. 6.* Ratio hujus limi-
 tationis illa potest esse, quod † Ecclesiæ considera-
 tio tantum habet respectum ad Ecclesiam ipsam, qua-
 tenus ex lapidibus compaginatur, & construitur, &
 ita potius respicit parietum formam, quam universi
 ædificij: per consecrationem namque constituitur in
 statu divinæ domus, quam non aliter repræsentat, nisi
 juxta lapidum dispositionem, secundum illud quod in
 illius dedicatione decantat Ecclesia, *qua construitur*
in Cælis vivis ex lapidibus, & ibi, expoliti lapides
suis coaptantur locis; & inde est, quod solemnitas
 Consecrationis tantum parietibus, & lapidibus adhi-
 betur: fit etiam, ut si parietes ipsi igne decrustentur
 intus, & exterius, similiter Ecclesia ex eo exsecrata
 censetur, ut notarunt Gloss. *verb. Exusta, in cap.*
Ecclesiis, per text. ibi, de Consecrat. dist. 1. Piafec. in
praxi

praxi nova Episcop. d. cap. 5. num. 24. vers. 2. Miranda d. art. 4. concl. 2.

19 Verum quando Ecclesia non simul, & in totum, sed paulatim, seu per partes destruitur, & sic à primis fundamentis successivè reficitur, tunc pars habitata per modum accessionis, etiam consecrata habebitur: unde etiam si cursu temporis universa materia, quæ antea erat, modò non extet, sed nova in totum superveniat, adhuc non erit Ecclesia iterum consecranda, sed ad summum aquæ tantum benedictæ aspersione exorcizanda, de quo est text. in cap. de fabrica, vers. & idè, junctâ Gloss. verb. *Innovata, de Consecrat. dist. 1. Gloss. verb. Reconciliari, in diët. cap. proposuisti, Gloss. verb. Parietibus, in d. cap. ligneis.* Quare hanc sententiam tenent Sylvest. verb. *Consecratio, 2. q. 5. vers. tertius est, Azor. d. p. 2. lib. 9. cap. 4. q. 6. Mar. Alter. d. cap. 1. vers. quando autem.* Ratio hujus resolutionis duplex assignari potest: prior est, quia dum Ecclesia paulatim, & successivè reficitur, magis dignum attrahit ad se minùs dignum, argum. text. in cap. quod in dubiis, de Consecrat. Eccles. & in cap. unico, eodem tit. lib. 6. Secus igitur dicendum videtur, si modicæ parti parietis Ecclesiæ consecratæ addatur magna pars; quia pars major non trahitur ad formam partis minoris, sed è contrario, Azor. ubi proximè. Secunda ratio est, quia licèt ex nova materia paulatim à primis fundamentis reficiatur, non idèò definit esse eadem Ecclesia, argum. text. in l. quod in rerum natura, ff. de legat. 1. & in l. proponebatur, ff. de judiciis, & in l. grege, ff. de legat. 1. quibus Juribus constat à simili, quod populus, seu communitas, licèt cursu temporis amittat personas illas, quas habebat tempore, quo actus nomine ejusdem communitatis fuit celebratus, & novæ personæ superveniant, non idèò minùs definit esse eadem communitas; & idèò actus & obligatio semel contracta nomine populi, & communitatis dicitur perdurare.

10 Altare antiquis etiam Ethnicis dictum ab altitudine, in elevatis enim à terra ædificiis Sacra faciebant diis superis, quos sibi effingebant, ut ex nonnullis Maronis locis comprobatur Lotter. de re benef. lib. 1. quest. 30. n. 4. Latinis verò Altare à forma, & ritu nomen istud sortitum, quasi alta res, seu alta ara: de cuius etymologia, institutione, & usu latè Durant. in *rationali Divin. lib. 1. cap. 2. & 7. Paul. Fusc. de visitat. lib. 1. cap. 21. n. 4. & 7. Jacob. de Graffis in aureis decis. part. 1. lib. 2. cap. 47. num. 6. Stephan. Durant. de ritibus Ecclesiæ, lib. 1. cap. 15. & 25. Henriq. in sum. lib. 9. cap. 28. Suar. tom. 3. decis. 81. sect. 3. & 5. Bellarm. controv. tom. 3. de Missa, lib. 1. cap. 14. vers. denique idem Paulus, Petr. Gregor. syntagm. Juris lib. 2. cap. 1. num. 6. Lambert. de jurepatr. lib. 1. p. 1. q. 111. art. 8. num. 2. & 3. Lotter. d. q. 30. num. 3. ubi etiam dicit sic in Ecclesia appellari, rejecta voce Aræ, in qua veteres sacrificabant suis falsis diis.*

11 Est autem Altare duplex, aliud stabile, seu fixum; aliud portatile. Primum dicitur tota mensa, in qua integrum Sacrificium fit: de hoc est intelligendus text. in cap. si motum, de consecr. dist. 1. & in cap. 1. de consecr. Ecclesiæ, dum probant, quod si motum fuerit Altare, debet iterum consecrari, docet Suar. d. sect. 5. vers. sed quæri potest, utrum absque fractione, &c. Secundum verò portatile dicitur parvus ille lapis, quem vulgo *petra aræ* dicimus, continens in se formam cum consecratione, & signo superposito, & facilè de loco ad locum moveri potest, tantæque debet esse latitudinis, secundùm Palud. quod in eo poni possit pes Calicis, & Hostia consecrata: explicant Durant. d. cap. 25. num. 7. Jacob. de Graffis in decis. aureis, p. 1. lib. 2. cap. 42. n. 4. Petr. Gregor. syntagm. lib. 2. cap. 1. à n. 15. Suar. Henriq. & reliqui citatis locis, Fagundez in *quinque Ecclesiæ præcepta, p. 1. lib. 3. cap. 22. n. 1.*

Altare saltem majus debet Orientem Mundi plagam respicere, quia etiam antiqua consuetudine servatum est, ut versus Orientem Ecclesiæ ærificentur. Piafec. d. cap. 5. num. 2. Azor. instit. moral. part. 2. lib. 9. cap. 3. quest. 12. Bonacina de Sacram. disput. 4. quest. ult. puncto 9. num. 13. vers. præterea. Contra Valq. in 3. part. disput. 233. cap. 2. num. 19. Solent in consecratione petræ aræ Reliquiæ aliquæ in illa, aut sub illa collocari, ut indicant illa verba Sacerdotis, cum finita generali Confessione Altare sacrificaturus ingreditur: *Oramus te, Domine, per merita Sanctorum tuorum, quorum Reliquia sita sunt;* sed nullo modo earum loco, cum non inveniuntur, potest poni aliquod fragmentiolum sanctissimæ Eucharistiæ, ut advertunt Sylvest. verb. *Altare, num. 4. Fagundez in quinque Ecclesiæ præcepta, part. 1. lib. 2. cap. 22. n. 6. ubi num. 9. cum eod. Sylvest. citato loco, num. 3. asserit se respondisse, celebrari non posse in Altari portatili, seu in ara sacra facta ex duobus lapidibus insertis duabus tabulis adinvicem fibulis colligatis ad modum tabellæ, quæ instar libri claudi possit, & aperiri, ut in uno lapide Hostia, in alio Calix consecratur.*

Consecratio petræ aræ, sicut & Calicis, & Patenæ, ad solos Episcopos de Jure spectat: ex privilegio tamen Summi Pontif. potest per simplicem fieri Sacerdotem. Ita Henriq. lib. 9. cap. 28. §. 1. Suar. tom. 3. in 3. p. disp. 81. sect. 5. vers. tertio additur, Fagundez d. cap. 22. num. 3. Sic eodem Jure attentò, Altaria ab Episcopis consecrantur, sive sola, sive unà cum Ecclesia, plura, seu unum solum, cap. cum sit, de consecrat. Ecclesiæ, ungantur chrismate, cap. Altaria, de consecrat. dist. 1. Fusc. d. lib. 1. cap. 22. num. 9. Ugolin. de potest. Episcop. cap. 30. num. 1. Lotter. d. quest. 30. à num. 2. ubi quod nulli Sacerdotum fas est consecrare Altare hujusmodi, qui non sit in Ordine Episcopali, cap. nullus, de consecr. dist. 1. in tantum ut nec facultas ista possit per Episcopum cuivis simplici Presbytero delegari; est enim Ordinis Episcopalis, non autem jurisdictionis. Azor. d. part. 1. lib. 10. cap. 27. q. 6. Lotter. d. q. 30. n. 23. Ritus in Pontificali præscripti omnes necessarij sunt adhibendi, quos si aliquis scire cupiat, consulere potest eundem Pontificalium librum. Vide Azorium instit. moral. part. 1. lib. 10. cap. 27. q. 8. Suar. tom. 3. disp. 80. sect. 5. Reginald. in praxi fori pœnitent. lib. 29. num. 190. † Hoc autem Altare, lapideum debet esse, non autem ligneum, Fusc. de visitat. lib. 1. cap. 21. num. 9. Ugolin. de potest. Episcopi, cap. 30. n. 1. Lotter. d. q. 30. num. 30. Permitti tamen potest Altare ligneum cum ara lapidea, non obstante Constitutione synodali. Ita S. Congreg. Rit. in Caietanâ, 10. Novembr. 1612.

Altaria consecrata desinunt esse sacra, seu execrantur, itaut de novo indigeant consecratione, videlicet quando Altare portatile notabiliter fractum est, itaut in residuo non possit commodè contineri pes Calicis, & Hostia cum Patena, sine periculo labendi, aut quando omnia cornua, quæ inunguntur, sunt fracta, itaut moveatur sigillum sepulchri existentis in lapide, sive lapis sit in ligno, sive non: aut quando frangitur, vel amovetur loco sepulchrum, in quo sunt Reliquiæ. Ita Henriq. in sum. lib. 9. cap. 28. n. 1. Barthol. ab Angelo de Missa, dialogo 5. §. 384. 388. 390. & 392. Suar. disp. 80. sect. 5. Coninch. de censur. q. 83. art. 3. dub. 2. Reginald. d. lib. 29. n. 192. Azor. instit. moral. p. 1. lib. 10. cap. 26. q. 10. & cap. 27. q. 12. Valq. in 3. p. disp. 233. cap. 3. n. 13. Nugnus q. 83. art. 3. dub. 3. Ugolin. d. cap. 30. num. 4. Fr. Ludovic. Miranda d. quest. 391. art. 3. concl. 2. Fusc. de visit. lib. 1. cap. 22. n. 3. Altare hoc portatile, stantibus prædictis omnibus, nulla mutatione facta de uno loco ad alium, deferri potest sine execratione illius; nam idcirco portatile dicitur, quoniã